



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Sectio Prima. De Institutione, Neceßitate & Effectu Sacramenti
Pœnitentiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73393)

SECTIO PRIMA.

De Institutione, Necessitate & Effectu
Sacramenti Pœnitentiæ.

3.
Descriptio
Sacramenti
Pœnitentiæ
ex scoto.

Sacramentum Pœnitentiæ describit
Scotus 4. dist. 14. q. 4. n. 2. sequen-
tibus verbis: Pœnitentiæ est absolutio
hominis pœnitentis, facta certis verbis,
cum debita intentione prolatis à sacerdo-
te, iurisdictionem habente, ex institutione divina
efficaciter significantibus absolutionem animæ à pec-
cato.

Hæc descriptio quamvis longa, ut quidam
objicit; equidem nullam habet particulam
otiosam, nam qualibet significat necessariam
habitudinem ad esse simpliciter Sacramenti.
Prima quidem, habitudinem ad pœnitentem;
secunda, habitudinem ad formam; tertia, ad
Ministrum; quarta, ad principalem causam,
quæ est Deus; quinta denique, ad effectum,
quarum aliquæ deficiente, deficit Absolutio
Sacramentalis.

in qua nihil
est dignum
reprehensio-
ne.

Quid ergo reprehensione dignum in hac
descriptione? Nihil omnino, nisi fortè quodd
sit Scoti; hoc enim aliquibus videtur sufficere
ut errorem exilliment, quod aliàs ambabus
manibus amplecterentur, si esset D. Thomæ.
In huiusmodi quadrat: Errare putant alios ipsi
omnibus planetis errabundiores, nempe vertiginosi
omnia præter se circumagitari putant, cum præter
ipsos nil eo morbo labores.

4.
Breviores
definitio-
nes.

Interim si placeat brevior definitio: Pœni-
tentiæ est Sacramentum, quo Sacerdos tam-
quam iudex, confitentis cum debito dolore
confert remissionem peccatorum, cum onere
satisfaciendi. Vel sic: Sacramentum Pœni-
tentiæ est signum efficax gratiæ remissivæ
peccati, post Baptismum commissi. Aliter:
Est Sacramentum remissivum peccati per mo-
dum iudicii.

Diversa no-
mina huius
Sacramenti.

Hinc diversitas nominum huius Sacra-
menti; puta, Sacramentum Pœnitentiæ; quia
omnes ejus partes pœnam & laborem inclu-
dunt: Contritio adfert dolorem, Confessio
ruborem, Satisfactio laborem. Sacramentum
Absolutionis; quia forma ejus est Absolutio,
id est, inquit Scotus suprâ n. 3. quedam senten-
tia definitiva absolvens reum. Sacramentum re-
conciliationis seu remissionis, & secunda post
naufragium tabula, ab effectu, qui est re-
missio peccati, post Baptismum commissi. Ab
operibus satisfactoriis appellatur Baptismus
laboriosus. Sepissimè etiam vocatur Sacra-
mentum Confessionis, seu Confessio Sacra-
mentalís, propter confessionem oris, quæ

est secunda pars quasi materiæ hujus Sacra-
menti.

Sed hæc satis de nomine, veniamus ad rem
ipsam, & videamus cum Doctore Subtili su-
prâ, an rationi illius nominis aliquid sublit.
Hæc est veritas Catholica:

CONCLUSIO I.

Datur in Ecclesia Catholica verè
& propriè dictum Sacramen-
tum Pœnitentiæ, à Baptismo
distinctum.

Scotus 4. dist. 14. qu. 4. n. 3. sic inquit:
Quoad secundum, ostendo primò, quòd possibile
est huic positioni nominis aliquid subesse. Secundo
quòd congruit aliquid subesse; & tertio, quòd ad
quid subest. Primum ostenditur per hoc, quòd possi-
bile est Deo animam absolvere à peccato iuxta illud
Symboli: Remissionem peccatorum: & per
consequens possibile est instituire aliquid signum illius
absolutionis, & hoc signum efficax, ut prius expo-
situm est efficax in materia de Sacramento in uni-
versali; & pari ratione verba quecumque, à quocum-
que Ministro prolata, & tunc patet tota positio
illius rationis.

Quantùm ad congruitatem, probatur hæc,
Primò, quia, inquit Doctor, congruum est ali-
quod esse signum sensibile istius Absolutionis propriè
easdem rationes, propter quas dictum est dist. 1. de
congruitate Sacramenti in communi. Et propter
easdem congruum est illud esse signum institutum à
Deo, quia & magis movebit, & ducet intellectum
in certitudinem, & magis inclinabit affectum ad
promptitudinem suscipiendi illud signum.

Congruit etiam in proposito, istud signum Absolu-
tionis interioris, institui in verbis significantibus
Absolutionem, ut signum representet signa-
tum.

Congruit etiam, quòd ista Absolutio exterior fiat
à sacerdote, quia congruit extrema per medium
reduci in extremum; & ita in Hierarchia Ecclesia-
stica, extremos, scilicet peccatores, reduci in Deum
per Hierarchy, id est, sacerdotem, sicut est in
Ecclesia triumphante. Congruit etiam, quòd à iu-
risdictionem habente; quia sententia, à non suo
Iudice lata, nulla est.

Con-

Congruit etiam, quod requiratur intentio debita, ut supra expostum est in aliis Sacramentis. Congruit etiam ex parte suscipivi, quod sit pœnitens, id est, habens aliquam displicentiam de peccato commisso: hoc enim videmus etiam in Iudicibus temporaliibus, quod protervum sententialiter continentant: pœnitentem verò suo modo absolvunt, id est, tanquam non reum, vel non puniendam sententiant. Hucque Scotus. Igitur possibilitas & congruitas hujus Sacramenti ostensa est.

Factum fuisse, quod possibile, & congruum erat fieri, docet ibidem Scotus nu. 3. hinc verbis: Tertio dico, quod hoc factum est. Contra (prosequitur) fundamentum accipitur ex auctoritatibus adductis ad oppositum.

Rogas, que sint illa auctoritates? Respondeo, Matth. 16. v. 19. Et tibi dabo claves regni celorum. Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in celis: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in celis. Item Joan. 20. v. 23. Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.

Et quamquam priora verba soli Petro & ejus in Pontificatu successoribus dicta videantur; equidem similia dixit Christus omnibus Apostolis, & eorum in Sacerdotio successoribus Matth. 18. v. 18. Amen dico vobis, quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in celo, & quaecumque solveritis super terram, erunt soluta & in celo.

Sic hæreticos, tum antiquos, tum novos, verba illa Joan. 20. intellexisse, & intelligere de potestate prædicandi verbum Dei, & Christi Evangelium annuntiandi; sed non sunt audiendi, ut patet ex his, quæ sub jectio ex Concilio Tridentino; Dominus, inquit sess. 14. c. 1. Sacramentum Pœnitentiæ tunc præcipue instituit, cum à mortuis excitatus, insufflavisset in discipulos suos dicens: Accipite Spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. Quæ tam insigni factis, & verbis tam perspicuis, potestatem remittendi & retinendi peccata, ad reconciliandos Fideles, post Baptismum lapsos, Apostolis & eorum legitimis successoribus fuisse communicatam, universorum Patrum consensus semper intellexit.

Et post pauca: Quare verissimum hunc illorum verborum Domini sensum sancta hæc Synodus probans & recipiens, damnat eorum commentitias interpretationes, quæ verba illa ad potestatem prædicandi verbum Dei, & Christi Evangelium annuntiandi, contra huiusmodi Sacramenti institutionem factis detraherent.

Eodem modo loquitur can. 3. ejusdem sess. Si quis dixerit verba illa Domini Salvatoris: Accipite Spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt: non esse intelligenda de potestate remittendi & retinendi peccata in Sacra-

mento Pœnitentiæ, sicut Ecclesia Catholica ab initio semper intellexit; detorsit autem contra institutionem huius Sacramenti, ad auctoritatem prædicandi Evangelium; anathema sit.

Cum ergo teneamus potestatem remittendi, & retinendi peccata, non tantum promissam Matth. 16. & 18. sed etiam concessam Joan. 20. atque hæc exerceri non possit inter homines (qui non communicant signis insensibilibus) nisi per signum sensibile, quidni signum istud sensibile sit verum & propriè dictum Sacramentum? Nihil ipsi deest. Nam Sacramentum à Scoto 4. dist. 1. q. 2. nu. 9. definitur: Signum sensibile, gratiam Dei vel effectum Dei gratitum ex institutione divina efficaciter significans, ordinatum ad salutem hominis viatoris.

Sed dicet aliquis; posset Sacerdos auctoritate divinâ in corde suo remittere peccata, sicut posset remittere in corde suo offensas sibi illatas.

Posset planè. Ex quo ergo habetur necessitas signi sensibilis? Respondeo; ex continua & perpetua traditione universalis Ecclesiæ, quam nemo nisi insanus potest negare.

Et sanè si creditor remittat debitum intrâ se, nequè id exterius explicet, remissio nondum est valida, sed potest creditor exigere suum debitum. Ità probant aliqui hanc necessitatem à simili.

Respondetur; fortè remissio est valida, licet possit revocari, quamdiu à debitore non fuerit acceptata; non potest autem acceptari, nisi signo aliquo externo debitori innoscat. Putas autem, quia ad validam absolutionem seu remissionem peccatorum in Sacramento Pœnitentiæ requiritur acceptatio pœnitentiæ? Clarum est quod non requiratur, nisi interpretativa, qui enim confitetur, hoc ipso censetur implicite acceptare absolutionem pro quocumque tempore impartendam: quippe confessio est accusatio sui in ordine ad obtinendam absolutionem.

Interim certum est, absolutionem validè conferri dormienti, surdo, amenti, & alijs, qui nihil minùs cogitant, quàm de Absolutione; aut etiam tam submissâ voce, ut pœnitens nullatenus possit scire peccata sibi esse remissa. Ergo simile allegatum nimium claudicat.

Enimvero Christus non instituit hoc Sacramentum per modum contractus alicujus aut donationis; sed per modum Judicij, in quo pœnitens est reus, & accusator; Sacerdos vero Judex: jam autem sententia Judicij est valida, quamvis non audiat à reo, maxime si est absolutoria. Satis quippe est, quod proferatur in judicio, cum debita solemnitate.

Ergo consimiliter in proposito, sufficit ad remissionem peccatorum, quod Confessarius ità proferat Absolutionem, ut saltem

9. Potestas remittendi peccata non exercetur inter homines nisi per signum visibile.

Necessitas huius signi probatur ex traditione.

10. Probatio à simili non est efficacior.

Absolutio dari potest dormienti, surdo, &c.

11. Christus non instituit hoc Sacramentum per modum contractus alicujus aut donationis, sed per modum iudicij.

Sacra-

ad rem otiosi substit.

verè mem- ilmo

inquit: possit hinc sciri, quomodo sit peccatum, quod non sit peccatum.

8. Improbabile est, ut hæc verba non sint intelligenda de potestate prædicandi.

9. Improbabile est, ut hæc verba non sint intelligenda de potestate remittendi & retinendi peccata.

10. Improbabile est, ut hæc verba non sint intelligenda de potestate remittendi & retinendi peccata.

11. Improbabile est, ut hæc verba non sint intelligenda de potestate remittendi & retinendi peccata.

12. Improbabile est, ut hæc verba non sint intelligenda de potestate remittendi & retinendi peccata.

13. Improbabile est, ut hæc verba non sint intelligenda de potestate remittendi & retinendi peccata.

14. Improbabile est, ut hæc verba non sint intelligenda de potestate remittendi & retinendi peccata.

15. Improbabile est, ut hæc verba non sint intelligenda de potestate remittendi & retinendi peccata.

16. Improbabile est, ut hæc verba non sint intelligenda de potestate remittendi & retinendi peccata.

17. Improbabile est, ut hæc verba non sint intelligenda de potestate remittendi & retinendi peccata.

18. Improbabile est, ut hæc verba non sint intelligenda de potestate remittendi & retinendi peccata.

19. Improbabile est, ut hæc verba non sint intelligenda de potestate remittendi & retinendi peccata.

20. Improbabile est, ut hæc verba non sint intelligenda de potestate remittendi & retinendi peccata.

21. Improbabile est, ut hæc verba non sint intelligenda de potestate remittendi & retinendi peccata.

22. Improbabile est, ut hæc verba non sint intelligenda de potestate remittendi & retinendi peccata.

23. Improbabile est, ut hæc verba non sint intelligenda de potestate remittendi & retinendi peccata.

24. Improbabile est, ut hæc verba non sint intelligenda de potestate remittendi & retinendi peccata.

ipsemet, utpote sustinens personam Judicis, & notarii seu testis, possit fidem facere de probatione. Neque enim est sententia communis, ut à pluribus testari seu cognosci debeat; sed privata, spectans privatum cujusque bonum.

12. Objectio. Si rursus objicias: ad abrogationem legis per simplicem retractationem Legislatoris, sufficit defectus voluntatis Legislatoris, etiam nullo signo sensibili manifestatus. Similiter valeret dispensatio merè interna in voto, dummodo non cedat in præjudicium alicujus tertij; ergo etiam absolutio merè interna à peccatis.

Disparitas inter dispensationem in voto, & abrogationem à peccatis. Respondeo ad ultimum (quidquid sit de Antecedente, quod non est certum) neg. Conseq. Ratio disparitatis voluntas Christi, quâ concessit Ecclesiæ suæ potestatem simpliciter condonandi obligationem ortam ex voto; potestatem autem absolvendi à peccatis non simpliciter, sed in judicio.

Item inter absolutio- nem à peccatis & abrogationem legis. Ex quo similiter patet diversitas inter Ab- solutionem à peccatis, & abrogationem legis per simplicem retractationem, cum neque hæc abrogatio sit actus judicii, sed mera sublatio obligationis legis; quæ utique obligatio, sicuti non potuit induci absque voluntate Legislatoris, ita absque illa non potest permanere. Peccati autem remissio non pender à voluntate Confessarii, nisi in quantum Deus voluit. Et quamvis potuisset Deus velle remittere peccatum per meram internam voluntatem Confessarii, attamen voluisse, unde constat? Sanè contrarium nimis manifestè patet ex continua & perpetua traditione universalis Ecclesiæ. Quidni ergo pœnitentiæ sit verè & propriè dictum Sacramentum?

13. Pœnitentiæ agnoscitur pro vero Sacramento à Concil. Florent. & Trident. Pro tali agnoscitur à Concilio Florentino in Decreto Eugenii §. Nova Legis septem sunt Sacramenta, scilicet Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentiæ &c. Et §. Quantum Sacramentum est Pœnitentiæ. Novissimè autem hanc veritatem definit Concilium Trident. sess. 14. can. 1. Si quis dixerit, in Ecclesia Catholica non esse verè & propriè Sacramentum pro Fidelibus, quoties post Baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconcilandis, à Christo Domino nostro institutum; anathema sit.

Item à Lucio III. e. 9. de hæreticis. Quod jam pridem docuerat Lucius III. in quadam Epist. Decret. quæ refertur c. 9. extra de hæreticis ubi tamquam hæreticus dicitur puniendus, qui negaverit Sacramentum Confessionis. Subscribo verba textus: Ad abolendam. Et infra: Universos qui de Sacramento Corporis & Sanguinis D. N. Iesu Christi, vel Baptismate, vel de peccatorum Confessione, Matrimonio, vel reliquis Ecclesiasticis Sacramentis aliter sentire, aut docere, non metuant, quàm Sacrosancta Romana Ecclesia prædicat & observat: & generaliter quoscumque, eadem Romana Ecclesia, vel singuli Episcopi per dioceses suas cum consilio Clericorum, vel Clerici ipsi sede vacante cum consilio (si oportuerit) vicinorum

Episcoporum, hæreticos indicaverint, vinculo perpetui anathematis innodamus.

Omitto testimonia SS. Patrum, quæ in magno numero adfert Bellarminus lib. 1. de Pœnitentiæ cap. 10. Unus Augustinus pro mille. Epist. 180. ad Honoratum sic ait: Ad 8. 4. non cogitamus cum ad istorum periculum perventur extrema, nec est potestas ulla fugiendi, quantum in Ecclesia fieri solet ab utroque sexu, atque ab omni ætate concursus, aliis Baptismum flagrantibus, aliis Reconciliationem, aliis etiam Pœnitentiæ ipsius actionem, omnibus consolationem & Sacramentorum confessionem & erogationem? Et paulò post: si autem Ministri adijt pro viribus, quas eis Dominus subministrat, omnibus subvenitur; alii baptizantur, alii reconciliantur, nulli Dominici Corporis Communionem fraudantur &c.

Sed quid ad hæc Acatholici? Calvinus lib. 4. Instit. c. 19. §. 15: Romanenses, inquit, Scholastici (quibus solemne est omnia perperam interpretando corrumpere) anxie in rependo hæc Sacramento desudant, nec mirum videri debet, nondum enim in scripto quarunt. Quod tamen optimum habent: rem implicitam, suspensam, incertam opinionumque varietate confusam ac turbatam relinquunt.

Luceat hîc mihi dicere Calvino, quod olim dicebat Daniel impudico Presbytero, qui falsò accusaverat castissimam Sulaniam adulteri: Rectè mentitus es in caput tuum, Dan. 13. v. 55. Theologi enim, inquit Bellarminus supra c. 11. summo consensu Pœnitentiæ Sacramentum esse docent, neque ulla est de hac re opinionum varietas: in eo scilicet idem nonnihil laborant, ut ostendant in hoc Sacramento, quid sit Sacramentum tantum, quid res tantum, quid res simul & Sacramentum. Hæc enim tria perspicuè cernuntur in Baptismo, & quibusdam aliis Sacramentis; in quibusdam autem non ita facillè distinguï possunt, neque necesse est.

Sed hæc nihil ad rem nostram faciunt, quod enim quaritur est; An Pœnitentiæ sit verè & propriè dictum Sacramentum. A qua utique quæstione Romanenses Scholastici (quibus solemne est nihil perperam interpretando corrumpere) facillimè ac brevissimè se expediunt, absq; sudore aliquo aut labore; cum tamen Acatholici Scholastici (quibus solemne est omnia perperam interpretando corrumpere) anxie in excludendo Pœnitentiæ à numero Sacramentorum desudent; nec mirum videri debet, nodum enim in scripto quarunt. Quod tamen optimum habent rem implicitam, suspensam, incertam, opinionumque varietate confusam, ac turbatam relinquunt, ut videre est apud Bellarminum supra c. 9. ubi sic scribit de Luthero:

Verum & propriè dictum Sacramentum esse Pœnitentiæ, primus negavit hoc nostro sæculo Lutherus, sed timidè & inconstanter:

nam in lib. de captivitate Babyl. non procul ab initio: Principio, inquit, neganda mihi sunt septem Sacramenta, & tantum tria pro tempore ponenda, Baptismus, Pœnitentia, Panis. Sed in eodem libro extremò, Pœnitentiam ad Baptismum revocat, & ex tribus duo facit. Proprie, inquit, ea Sacramenta vocari visum est, quæ antea signis promissa sunt; quo fit, ut si rigide loqui volumus, tantum duo sint in Ecclesia Dei Sacramenta Baptismus, & Panis, cum in his solus & institutum divinitus signum, & promissionem remissionis peccatorum videamus. Nam Pœnitentia Sacramentum, quod ego his duobus accessi, signo visibili & divinitus instituto caret, & aliud non esse dixi, quam viam ad reditum ad Baptismum. Hæc ille. Idem tamen Lutherus tum alibi sæpe, tum in propositionibus adversus Lovanienles, quas edidit anno 1545. propositione 35. Pœnitentiam Sacramentum esse concessit. Huculque Bellarminus.

Similiter Philippus Melanchthon in locis communibus editis anno 1522. aperte negavit hoc Sacramentum: sic enim loquitur in tit. de Pœnitentia: Pœnitentiam non esse signum, nihil obstrictum est: est enim Pœnitentia vetustatis nostre modificatio & renovatio spiritus. Sacramentum eius vel signum non aliud nisi Baptismus est: acque hic omnium rectissime vocatur Sacramentum Pœnitentia. Idem tamen Philippus, Lutherum suum secutus, in libris postea editis, Pœnitentiam Sacramentum esse docuit, ac præsertim in Apologia Confessionis Augustanæ. Ità refert Bellarm. supra.

Offendat nunc Calvinus aliquos Romanenses Scholasticos, qui primò affirmarunt, Pœnitentiam esse verè & proprie dictum Sacramentum, & postmodum id ipsum negarunt, aut de eo dubitarunt; vel vice versà principò negarunt, & extremò affirmarunt.

Sed unde tanta instabilitas in Hæreticis? Quia quarunt nodum in scirpo, & ideo nequeunt invenire veritatem. Dicunt enim, Sacramentum proprie dictum debet esse signum visibile, confirmans fidem, à Deo institutum, cum promissionem remissionis peccatorum.

Sit ità, exceptà tamen illà particulâ, Confirmans fidem; quamvis enim fides ex Sacramentorum ritibus possit confirmari, non est tamen is proprius & primarius finis Sacramentis, sed concionis atque exhortationis; alioquin frustra infantes, dormientes, amentes Sacramenta illa perciperent. Vide quæ de hac re diximus disp. 1. sect. 3. concl. 2.

Interim hæc confirmatio æqualiter reperitur in signo Pœnitentiæ juxta ac Baptismi: sicut enim qui audit: Ego te baptizo &c. in fide confirmatur & confortatur; ità & ille, qui audit: Ego te absolvo &c. Et veluti ille, qui per Baptismum vult incorporari familiæ Christi, ostendit suam pietatem erga ipsum: sic itidem ostendit suam pietatem, qui signa

Pœnitentiæ proferens, accurrit ad Absolutionem, postulans cum Deo reconciliari.

Quantum ad visibilitatem Pœnitentiæ, nemo ignorat, Confessionem, & Absolutionem esse signa visibilia, id est, sensibilia: nam ut rectè S. Augustinus lib. 10. Confess. c. 35. Ad oculos proprie videre pertinet. Vt imur autem hoc verbo etiam in ceteris sensibus, cum eos ad cognoscendum intendimus. Neque enim dicimus, audi quam rutilat; aut olfac quam niteat; aut gusta quam splendeat; aut palpa quam fulgeat. Videri enim dicuntur hæc omnia. Dicimus autem non solum vide quid luceat, quod soli oculi sentire possunt; sed, vide etiam quid sonet, vide quid oleat, vide quid sapiat, vide quam durum sit.

Et sanè D. Augustinum, quando requirit ad rationem Sacramenti signum visibile, per ly visibile intelligere sensibile, factis manifestè colligitur ex Sermone de Baptismo ad infantes ibi: Sacramentum ideo dicitur, quia aliud videtur, aliud intelligitur: quod videtur, speciem habet corporalem, quod intelligitur, fructum habet spirituale. Ubi corporale opponit spirituali, & quod sensu percipitur, ei, quod intelligentià apprehenditur. Verbum igitur corporale rectè signum visibile, id est, sensibile atque externum dicitur; Verbum, inquam, Absolutionis in Sacramento Pœnitentiæ.

Si dixeris: S. Augustinus tractat. 30. in Joan. ait: Accedit verbum ad elementum, & sit Sacramentum: atqui verbum Absolutionis in Sacramento Pœnitentiæ non accedit ad elementum: ergo &c.

Respondeo; non loquitur S. Doctor generaliter de omnibus Sacramentis, sed in particulari de Baptismo, cujus materia est aqua elementaris. Patet ex contextu: In aqua, inquit, verbum mundat: detrahe verbum, & quid est aqua nisi aqua? Accedit &c.

Estò, reponit Hæreticus; Pœnitentia sit signum visibile seu sensibile: sed ubi institutio Christi? Ubi promissio remissionis peccatorum? Respondeo Joan. 20. Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata &c. Quæ verba Ecclesia Catholica ab initio semper intellexit in proprio & obvio sensu.

At numquid hic proprius & obvius: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, id est, accipite potestatem per prædicationem Evangelii excitandi fidem, quâ apprehenditur remissio peccatorum? Sensus planè ineptus & commentitia interpretatio, ac omnino distorta. Nec mirum cum ab ingeniiis distortis proficiscatur.

Reverà potestas prædicandi Evangelium data est Apostolis Matth. ult. vers. 19. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Similiter Marc. ult. v. 15. Euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creaturæ.

Data, inquam, est hæc potestas in Gallilæa, idque

18. Offenditur visibilitas Sacramenti Pœnitentiæ.

Per signum visibile D. August. intelligitur quoddam libet signum sensibile.

19. Objectio est S. Aug.

Solutus;

20. Ubi Christus instituit hoc Sacramentum, & promissio ritus remissionis peccatorum, Joan. 20.

Verba Christi: Accipite Spiritum sanctum &c. inepte intelligunt hæretici de potestate evangelizandi.

21. Quæ data est Matth. ult. & Mar. ult. in Gallilæa;

quo perpe... que in... ib. 1. de... ius pro... ait: An... in perveni... quantu... atque ab... iantibus... itia ipsu... mentorum... post: Si... eis Domi... alii bapti... Corpora... Calvinus... s, inquit... peram in... riviendo h... debet, no... in optimu... incertam... batam ve... o, quod... sbycteto... Sulannam... put tuam... que Bel... lu Pœnit... eque illa... in eo fo... nt in hoc... tantum... acramen... nuntur in... amentis;... distingui... faciant... tentia sit... m. Aqua... cholastic... interpres... isimè se... oret; cum... soleme... rumpere... numero... m videri... t. Quod... im, sul... varietate... at videre... sic scribit... mentum... e nostro... stantur:... nam

porro verba
illa Joan. 20.
dicta sunt
Jerofoly-
mis.

22.
Concionator
agit officium
præconis Con-
fessionis
autem officium
Judicis.

23.
Alia inter-
pretatio
istorum ver-
borum
Christi re-
fertur.

24.
Aliquorum
evasio dam-
nata à Con-
cilio Trid.

25.
Contraria
doctrina S.
Chryso-
stomi.

idque universalis & extensa ad omnes gentes, etiam maximè obſtinatas; porro potestas remittendi peccata, de qua Joan. 20. concessa fuit Jerofolyms, idque limitata ad illos, qui cum debito dolore peccata sua confiterentur, quam utique limitationem satis significant isthæc verba: *Quorum remiseritis peccata, remissa sunt*; ergo non omnes passim absolventi, cum tamen omnibus nullo excepto sit annuntian- dum Euangelium.

Quid miramur? Siquidem Concionator officium agit Praconis, qui omnes promiscuè debet admittere, & neminem rejicere: remittens autem peccata, officium Judicis, cujus est discernere inter reum, & non reum; inter causam & causam, atque quod justum est statuere. Quis autem justum dixerit absolvere protervum?

Ergo diversæ sunt potestates prædicandi Euangelium, & absolventi à peccatis, exci- tandi in alio fidei, & remittendi ejus peccata; nisi etiam mulieres fatearis remittere peccata, dum in aliis excitant fidem, & Prædicatores Euangelii retinere peccata, dum per prædicationem non excitant fidem, quæ absurdissimi sunt.

Alia interpretatio est; per illa verba Joan. 20. dari potestatem Apostolis remittendi peccata, quatenus datur eis potestas denun- tiandi peccata esse remissa; quasi verò ad hoc esset opus clavibus, & non potiùs tubâ. Neque tunc debuisset Christus dicere Apostolis in præsentia: *Remittuntur eis*; sed, *Remissa sunt*.

Accedit, quòd nullus possit certò denun- ciare peccata esse remissa, nisi hoc sciat; scire autem non potest, nisi ex revelatione Dei.

Nam quod Aliqui respondent, posse hoc sciri & de facto sciri, eo ipso quòd scitur, ali- quem credere sibi esse remissa peccata, nec in Scriptura, nec in Patribus fundamentum ha- bet, & tamquam erroneum damnatur à Con- cilio Tridentino sess. 6. can. 14. his verbis: *Si quis dixerit, hominem à peccatis absolvi, ac ius- tificari ex eo, quòd se absolvi ac iustificari certò cre- dat &c. anathema sit.*

Atque ut verum esset, nihil facit ad rem: tum quia frustra dico, Petro v. g. remissa esse peccata, quando ipse hoc independentè à meo dicto certissimè credit; tum quia scire non possum, an illud credat, nisi ipse mihi dicat; quocirca priùs rogandus erit, an credat, & re- spondenti se credere, dicendum erit, pecca- ta tibi sunt remissa, quæ ridicula & nugato- ria sunt.

Et contrarium eleganter docuit S. Chry- sostomus lib. 3. de Sacerdotio ibi: *Corporis lepram purgare, seu verius dicam, haud purgare quidem, sed purgatos probare, Iudaorum Sacerdotibus solis licebat. . . . At verò nostris Sacerdotibus non corporis lepram, verùm anima sordas, non*

dico, purgatos probare, sed purgare profusus con- sum est.

Et post pauca interrogat: *Quis tam infelix genio natus, ut tot tantaq; bona fastidias? Equidem neminem existere talem dixerim, nisi si quis fursum an- thro percussus sit.*

Ideo tertiam responſionem adhibent here- tici dicentes, Joan. 20. non loqui Christum de Sacramento distinctò à Baptismo, sed de ipso Baptismo, cujus recordatione remittan- tur peccata, post ipsum commissà; id est, de Baptismo, in memoriam revocato.

Subtilis interpretatio! Digna profectò ta- libus hominibus, qui vel ad solum nomen Pœnitentiæ contemiscunt, & ideo quæſi- runt recordationem Baptismi, per quam om- nia eorum peccata remitterentur. Sed num- quid invenerunt? *Si quis dixerit peccata omnia, quæ post Baptismum sunt, sola recordatione, & fide suscepti Baptismi, vel dimitti, vel venialia fieri, ana- thema sit.* Ità Concilium Trident. sess. 7. de Baptismo can. 10.

Itaque, ut habet secunda pars conclusionis, Sacramentum Pœnitentiæ profusus distinguitur à Sacramento Baptismatis, tunc Concilio Tridentino sess. 14. cap. 2. in principio: *Cre- derem, inquit, hoc Sacramentum (Pœnitentiæ) multis rationibus à Baptismo differre dignoscitur.* Nam præterquam quòd materia & forma, quibus Sacramenti essentia perficitur, longissime distat (quippe materia & forma Baptismi est ablu- tio, cum verbis eam significantibus; Sacra- menti autem Pœnitentiæ quasi materia accu- satio, & forma sententiæ probatio) constat certè, Baptismi ministrum Iudicem esse non opte- rere, cum Ecclesia in neminem iudicium exercat, qui non priùs in ipsam per Baptismi ianuum fuerit ingressus. Secus est de domesticis fidei, quos Christus Dominus lavacro Baptismi sui corporis membra semel efficit; nam hos si se postea crimine aliquo contaminaverint, non iam repetito Baptismo alii, cum id in Ecclesia Catholica nulla ratione liceat; sed ante hoc tribunal, tamquam reos sibi velint: ut per Sacerdotum sententiam non semel, sed quoties ab admisis peccatis ad ipsum Pœnitentes conjugent, possent liberari.

Non ait, per recordationem Baptismi, sed, per Sacerdotum sententiam. Igitur Pœnitentiæ Sacramentum distinguitur à Baptismo, mate- riâ, formâ & ministro.

Nehoc tantùm, sed etiam effectu, ut ibi- dem docet Tridentinum continuò atroxens: *etiam Alius est præterea Baptismi, alius Pœnitentiæ fructus: per Baptismum enim Christum induentes, nova profusus in illo efficiuntur creatura, plenam & integram peccatorum omnium remissionem conse- quentes: ad quam tamen novitatem & integritatem per Sacramentum Pœnitentiæ, suè magni nu- meri stertibus & laboribus, divini id exigente iusti- tiæ, pervenire nequaquam possumus, ut merito Pœnitentiæ laboriosus quidam Baptismus à Sanctis Patribus*

paribus dicitur fuerit. Quid autem facilius memoria Baptismi? Nonne opus est speciali potestate, aut speciali sententiâ Sacerdotum, ut homo baptizatus recordetur sui Baptismatis?

Et verò, si hæc memoria est unicum medium remissionis peccatorum post Baptismum, cur nupiam Scriptura illius meminit? Lego quidem apud Ioannem Epist. 1. c. 1. v. 9. si confiteamur peccata nostra; fidelis est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra: sed ubi scriptum sit: Si recordamur Baptismi nostri fidelis est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, plane ignoro. Hoc fide, contra rationem esse; falsis quempiam liberari à peccato, post Baptismum commissio, quàm ante Baptismum commissio.

Sanè, inquit Concilium Tridentinum sess. 14. c. 8. & divina iustitie ratio exigere videtur, ut aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante Baptismum per ignorantiam deliquerint; aliter vero, qui semel à peccatis & damnationis servitute liberati, & accepto spiritus sancti dono, scientes templum Dei violare, & Spiritum sanctum contristare non formidaverint. Et divinam clementiam decet, ne ira nova absque ulla satisfactione (per solam recordationem Baptismi) peccata (post Baptismum commissio) remittantur; ut, occasione accepta, peccata leviora putantes, veluti iniurii, & immensiois Spiritus sancto, in graviora labantur.

Nonne Rex temporalis daret occasionem gravius delinquendi, si, dato chyrographo, id peccatum alicujus dimitteret, ut etiam peccata postmodum committenda polliceretur remittere, quoties chyrographum inspicens, crederet Regem sibi remisisse peccata? Nemo dubitat. Et existimabimus Deum id fecisse? Non est justum & æquum, quantum potest capere ratio naturalis.

Impossibile est, inquit Apostolus Hebr. 6. v. 4 eos, qui semel sunt illuminati (per Baptismum) gustaverunt etiam donum celestis, & participes facti sunt Spiritus sancti &c. rursus revertant ad Penitentiam (id est, ad remissionem peccatorum) rursus crucifigentes sibi met ipsos filium Dei, id est, per iteratam susceptionem Baptismi, qui est figura mortis Christi, quantum minus per ejus recordationem?

Et cap. 10. ejusdem Epist. v. 26 & 27. ait: Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquunt pro peccatis hostia, terribili autem quadam expectatio iudicii, & ignis emulatio, quæ consumptura est adversarios. Quis ergo nisi impius dicit, voluntarie peccantibus nobis post Baptismum relinquunt pro peccatis hostia, id est, recordatio Baptismi?

Non sic Hæretici, non sic: sed relinquunt quadam expectatio iudicii, & ignis emulatio, quæ consumptura est hujusmodi peccatores, nisi fecerint fructum dignum Penitentia,

qualis non est recordatio Baptismi, ut omnes fateri debent, qui credunt Ioanni Baptista, dicenti Matth. 3. v. 2. Penitentiam agite, appropinquavit enim regnum celorum. Non ait; Recordamini circumcissionis, sed, Penitentiam agite. Et quæ illa?

Sequitur v. 5. 6. 7. & 8. Tunc exibat ad eum Ierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem; & baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua. Videns autem multos Phariseorum, & Sadduceorum venientes ad Baptismum suum, dixit eis: Progenies viperarum, quæ demonstravit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructum dignum Penitentia. Ac continud attexit: Et ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abraham &c.

Igitur fructus dignus Penitentia, confessio est suorum peccatorum, si non Sacramentalis, quæ tunc nondum erat instituta, certè interna Contritio charitate perfecta. Hæretici autem, qui contenti sunt recordatione Baptismi, quid aliud dicunt intra se, quàm, Patrem habemus Abraham, id est, Christum, cujus familia: adscripti sumus per Baptismum?

Si illa recordatio foret unicum medium remissionis peccatorum (præterquam quod sic potius cogitatio nostra remitteret peccata post Baptismum commissio, quàm ipse Baptismus) quomodo possibile fuisset, quod nullus SS. Patrum illius vel minimam mentionem fecisset? Audite Divum Augustinum Epist. 23. ad Bonifacium: Semel, inquit, perceptam parvulus Christi gratiam, non amittit nisi propria impietate, si atavis accessu tam malus evaserit. Tunc enim etiam propria incipit habere peccata, quæ non regeneratione auferantur, sed alia curatione sanantur.

Dubitas, quæ sit illa alia curatio? Lib. 2. de Adult. conjugii c. 16. claris verbis eam significat dicens: Si à Catechumeno factum est (homicidium) Baptismate abluitur, & si à Baptizato, Penitentia & reconciliatione sanatur.

Quando ergo idem S. Doctor lib. 1. de Nupt. & Concup. c. 33. explicans illud Apostoli Ephes. 5. v. 25. 26. & 27. Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea, ut eam sanctificaret, mundans eam lavacro aquæ in verbo &c. quando, inquam, docet, sic istud accipiendum esse, ut eodem lavacro regenerationis, & verbo sanctificationis (id est, Baptismo) omnia prorsus mala hominum regenerantium mundentur atque sanentur; non solum peccata, quæ omnia nunc remittuntur in Baptismo, sed etiam quæ posterius humanâ ignorantia vel infirmitate contrahuntur: non ut Baptisma quotiens peccatur, totiens repetatur; sed quia ipso, quod semel datur, est, ut non solum antea, verum etiam postea quorumlibet peccatorum venia fideibus impetretur, numquid tunc recordationis Baptismatis adscribit veniam quorumlibet peccatorum subsequantium? Noli id cogitare, si lapis.

Mark. 8.

32. Fructus dignus Penitentia est confessio peccatorum, scilicet recordatio Baptismi.

cujus PP. non ipsam intemineant.

33. Occurritur objectioni, & explicatur de doctrina S. Aug.



34. qui solum vult Pœnitentiã non prodesse sine Baptismo in re. vel in voto.

Quid ergo? Respondeo, vult Pœnitentiã, tam virtutem, quàm Sacramentum, nullatenus impetrare veniam peccatorum, sine lavacro regenerationis, aut ejus voto. Nam sequitur: Quid enim prodesset vel ante Baptismum Pœnitentiã, nisi Baptismus sequeretur, vel postea, nisi prœcederet? In ipsa quoque Dominica oratione: quæ quotidiana est nostra mundatio, quo fructu, quo effectu diceretur: Dimitte nobis debita nostra, nisi ab eis, qui baptizati sunt, diceretur? Itemq; eleemosynarum largitas, & beneficentia quam habet, cui tandem ad dimittenda sua peccata prodesset, si baptizatus non esset? Postremo regni celorum ipsa felicitas, ubi non habebit Ecclesia maculam aut rugam, aut aliquid eiusmodi, ubi nihil reprehensionis, nihil simulationis erit, ubi non solum reus, sed nec concupiscentia erit ulla peccati, quorum erit, nisi baptizatorum? Hucusque Augustinus.

35. Quod recordatio sola Baptismi sufficit impetret veniam peccatorum.

Ergo per solum recordationem Baptismi suscepti, impetratur postea quorumlibet venia peccatorum, negatur Consequentia: sed ut impetretur per virtutem Pœnitentiæ ante Baptismum venia peccatorum, requiritur votum Baptismi; adedque nisi Baptismus sequeretur, ubi & quando commode sequi posset, nihil prodesset, uti nec Sacramentum Pœnitentiæ; nisi prœcederet realis susceptio Baptismi, quia nimirum Baptismus est janua omnium Sacramentorum. Et specialiter Sacramenti Pœnitentiæ, cum Ecclesiæ, ut dicit Tridentinum sess. 14. cap. 2. in neminem iudicium exerceat, nisi prius in ipsam per Baptismi ianua fuerit ingressus. Quid enim mihi, inquit Apostolus I. Cor. 5. v. 12. de iis, qui foris sunt, iudicare?

Council. Trid.

1. Cor. 5.

nupiam docuit S. August. aut alius S. Patet.

Quod autem pœnitens, ut iudicetur ab Ecclesia, id est, sacramentaliter absolvatur, debeat recordari Baptismi antea suscepti, aut quod illa recordatio sufficiat sine iudicio, id est, Sacramentali Absolutione, ad justificationem, nupiam docuit Sanctus Augustinus, vel alius quispiam Sanctorum Patrum; sed omnes unanimiter distinguunt Pœnitentiã à Baptismo, appellantes eam, secundam post naufragium tabulam, reconciliationem fidelium, similibusque nominibus.

36. Remissio peccatorum per Sacramentum Pœnitentiæ probatur ex S. Ambr.

Sanctus Ambrosius lib. 1. de Pœnitentiã cap. 7. sic inquit: Cur baptizatis (alloquitur Novatianos) si per hominem peccata remitti non licet? In Baptismo atq; remissio peccatorum omnium est: Quid interest utrum per Pœnitentiã, an per lavacrum hoc us sibi datum Sacerdotes vendicent, unum in utroque mysterium est. Et quia Novatiani dicebant, posse hominem baptizare, quia in Baptismo Deus est, qui potissimum operatur, addit Ambrosius: Quid in Pœnitentiã, nome nomen Dei operatur?

Accedat S. Hieronymus lib. 1. contra Pelag. ibi: Redimatur sanguine Salvatoris, aut in domo Baptismatis, aut in Pœnitentiã, que mittitur Baptismatis gratiam.

Atque ut alios omittam, quid evidentiis illis verbis Cyrilli Alexan. lib. 12. in Joan. cap. 56. circa finem: Quid igitur ratione divinitate dignitatem ac potestatem Discipulis sui Salvator largitus est? (explicat locum Joan. 20. Accipite Spiritum sanctum &c.) quia certe absurdum non est, peccata remitti posse ab illis, qui Spiritum Sanctum in seipsis habent. Nam quom ipsi remittunt, aut detinent, Spiritus qui habitat in eis, per eos remittit, & detinet. Erit autem id per eos duobus, ut arbitror, modis: Primum Baptismo, deinde Pœnitentiã. Nam aut credentis & vitæ sanctimoniam probatos homines ad Baptismum inducunt, & indignos inde diligenter expellunt, aut Ecclesiæ filius (id est, baptizatis) peccantibus quidem increpant, pœnitentibus autem indulgent.

Ubi licet aperitissime distinguat inter potestatem remittendi peccata per Baptismum, & potestatem remittendi peccata per Pœnitentiã; atamen videtur insinuare, utramque potestatem datam esse Apostolis Joan. 20. illis verbis: Accipite Spiritum sanctum &c. nam illa verba ibi pertractat & exponit, ut supra adnotavi.

Quod etsi verum esset (quod non, quia potestatem Baptizandi dedit Christus Apostolis Matth. ult. v. 19. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; & jam pridem baptizaverant, ut patet ex Joannis 4. v. 2. Quamquam Iesus non baptizaret, sed Discipuli eius) equidem nihil contra conclusionem, que tantum asserit distinctionem inter utramque potestatem.

Interim explicatur Cyrillus, ut tantum voluerit illis verbis significare dignitatem sacerdotalem, enumerando duplicem potestatem, quæ in Sacerdotibus est ad remittenda peccata, in Baptismo scilicet, & Pœnitentiã, sive utraque illo loco Joannis data fuerit, sive una tantum. Unde in principio capitis, & in medio, dum expressè interpretatur verba Joannis, nulla fit mentio Baptismi.

Alii respondent, Cyrillum illa verba per quandam accommodationem extendisse ad potestatem remittendi peccata per Baptismum, propter similem necessitatem utriusque Sacramenti, & virtutem remittendi peccata, tamen diversimodè; unum videlicet per regenerationem ex aqua & Spiritu Sancto, alterum per modum iudicii, uti etiam diversa peccata, Baptismus quidem peccata ipsam antecedentia; Pœnitentiã autem peccata Baptismum subsequentia. Unde etiam Pœnitentiã laboriosius quidam Baptismus à SS. Patribus dictus fuit, ut testatur Trident. sess. 14. c. 2.

Quæris

CONCLUSIO II.

Sacramentum Pœnitentiæ instituit Christus post resurrectionem suam, quando stans in medio Discipulorum suorum, insufflavit, & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Joan. 20. v. 22. & 23.

Quo enim alio loco Christus hoc Sacramentum instituit? Si dixeris, Matth. 10. v. 7. Euntes predicare (supple Pœnitentiæ) dicentes: Quia appropinquavit regnum celorum. Non poterant autem predicare Sacramentum Pœnitentiæ, quod nondum erat institutum. Nonne Matth. 4. v. 17. legitur: Exinde cepit Iesus predicare & dicere: Pœnitentiæ agite: appropinquavit enim regnum celorum? Et Luc. 13. v. 3. ait Christus: Nisi pœnitentiæ habueritis, omnes similiter peribitis.

Respondet; duplicem esse Pœnitentiæ. Una est Pœnitentiæ virtus; altera Pœnitentiæ Sacramentum; prima omni tempore fuit necessaria universis hominibus; qui se mortali aliquo peccato inquinassent; necessaria, inquam; ad gratiam & iustitiam assequendam; illis etiam, qui Baptismi Sacramento abluti essent, ut docet Trident. sess. 14. c. 1. & illam Pœnitentiæ prædicavit Christus, & præcepit Apostolis supra prædicare.

Illam prædicabat Joannes Baptista Matth. 3. v. 2. dicens: Pœnitentiæ agite, appropinquavit enim regnum celorum. Et Mar. 1. v. 4. Fuit Ioannes in deserto baptizans, & prædicans Baptismum Pœnitentiæ in remissionem peccatorum.

De hac loquitur Apostolus Petrus Act. 2. v. 38. Pœnitentiæ (inquit) agite, & baptizemini unusquisque vestrum &c. Similiter Apostolus Paulus Act. 26. v. 20. Sed his, qui sunt Damasci primum, & Ierosolymis, & in omnem regionem Iudææ, & Gentibus annuntiabam, ut Pœnitentiæ agerent, & converterentur ad Deum digna Pœnitentiæ opera facientes.

Huic Pœnitentiæ Prophetæ testimonium perhibuerunt, ut patet ex Ezech. 18. v. 21. Si autem impius egerit Pœnitentiæ &c. vivet &c.

Ut proinde verum foret, quod ait Paulus supra v. 22. Auxilio autem adiutus Dei, usque in hodiernum diem sto, testificans minori atque maiori, nihil extra dicens, quam ea, quæ Propetia locuti sunt futura esse, & Moyses; tamen intellexisset Pœnitentiæ.

Quod addo, quia videtur tantum loqui de his, quæ spectant ad Passionem, & Resurrectionem Christi: nam sequitur: Si passibilis Christus, &c.

42. Christus non instituit Sacramentum Pœnitentiæ Matth. 10.

nam ibi solum loquitur de virtute Pœnitentiæ.

43. quam prædicabat Joan. Bapt. Matth. 3. & Mar. 1.

Apost. Petrus Act. 2.

& Paulus Act. 26.

44. Huic Pœnitentiæ Prophetæ testimonium perhibuerunt Ezech. 18. & c.

45. Christus non instituit Sacramentum Pœnitentiæ Matth. 10.

Quæris à me, qui sint isti SS. Patres? Respondet, Nazianzenus Orat. in Sancta lumina, quæ est 39. sub finem, ubi enumerans sex diversa Baptismatum genera quinto loco collocat βαπτισμα Ἰησοῦ σακράτων ἀλλ' ἑστρωγέρον, Baptisma, quod est lacrymarum, verum laboriosius. Hæsit huius Theologi vestigiis Joannes Damascenus lib. 4. de Fide Orthodoxa cap. 10. qui octo Baptismatum genera commemorans, sexto loco Pœnitentiæ ponit his verbis: ἐκ τῶν τῶ δ' αὖ μέλανοις καὶ σακράτων, ἑστρωγέρον, Sextum, quod per Pœnitentiæ & lacrymas, verè laboriosum.

Quid ergo mirum, si Cyrillus, quod propriè & in rigore Christus dixerat de Baptismo laborioso, accommodaverit Baptismo simpliciter, qui nondum regeneratis est necessarius ad salutem, quemadmodum Baptismus laboriosus lapsis post Baptismum?

Enimvero veluti Sacerdos, potestate iudiciali, acceptà à Christo Ioan. 20. remittit, & retinet peccata in Sacramento pœnitentiæ; ita quodammodo in Sacramento Baptismi remittit peccata illud administrando, & retinet peccata indignum à susceptione repellendo. Remittit, inquam, omnem culpam originalem & actualem, iuxta illud Florentini in Decreto Eugenii: Huius Sacramenti (loquitur de Baptismo) effectus, est remissio omnis culpæ originis & actualis.

Unde allucinari videtur Bonæ Spei disput. 4. de Pœnitentiæ Sacramento n. 9. dicens: Peccata per Baptismum remittendi potestas (preterquam quod ex universæ Ecclesiæ traditione ad solum originale extendatur) non est iudicialis. Non sic loquitur Eugenius, sed, sicuti statim audivimus: Huius Sacramenti effectus est remissio omnis culpæ originis & actualis. Ergo potestas remittendi peccata per Baptismum non extenditur ad solum originale ex universæ Ecclesiæ traditione, nisi vel Eugenius in suo Decreto erraverit, quod nefas est cogitare, vel Bonæ Spei, contra omnem proprietatem verbi, & communem loquendi modum universalis Ecclesiæ, per peccatum originale intellexerit omnem culpam originalem & actualem, commissam ante susceptionem Baptismi.

Quæ cum ita sint, jure meritissimo Concil. Trid. sess. 14. can. 2. distinctionem horam Sacramentorum credendam proponit sub hoc tenore verborum: Si quis Sacramenta confundens, ipsam Baptismum, Pœnitentiæ Sacramentum esse dixerit, quasi hæc duo Sacramenta distincta non sint, atque ideo Pœnitentiæ non rectè secundam post naufragium tabulam appellari; anathema sit.

Si autem à me quæritur, quando Christus instituerit Sacramentum Pœnitentiæ: Respondio in promptu est:

Quæris

contra s. Matthei
in Joan. & c.
ne divina
suo Sal.
an. 20.
certe ab
illis, qui
am quam
i habitant
idem id
mum ha.
credentes
d Baptif.
er expul.
tis) pœ.
nus autem
inter po.
stimum,
er Pœni.
utram.
Joan.
iam &c.
onit, ut
on, quia
us Apo.
te omni
& Fili.
apizave.
uanquam
s) equi.
tantum
te pote.
tantum
atem fa.
poteffa.
mittenda
nitentiæ,
rit, five
is, & in
ur verba
erba per
diffic ad
Baptif.
urius.
ndi pec.
ridelicet
Sancto,
diversa
a ipsum
ata Ba.
nitenti.
Patri.
14. c. 2.
Quæris

stus, si primus ex Resurrectione mortuorum, lumen annuntiaturus est populo & Gentibus.

Quare nec
Christus,
nec Aposto-
li, nec Pro-
phete præ-
dicaverint
Sacramen-
tum Pœni-
tentia.

45.
Explicatur
Doctrina
S. Fulgen-
tii.

Et quid miramur, si nec Prophetæ, nec Apostoli, nec Christus prædicaverint Sacramentum Pœnitentiæ? Etenim loquebantur Judæis, & Gentilibus necdum Baptizatis, cum tamen Sacramentum Pœnitentiæ solis Baptizatis sit utile, & necessarium. Prædicabant ergo Pœnitentiam, quæ pro tunc erat ipsis unicum medium necessarium ad remissionem peccatorum.

Ex his festinè cognoscitur, quomodo intelligendum sit, quod scribit S. Fulgentius de Fide ad Petrum diaconum (inter opera S. Augustini tom. 3.) c. 30. *Firmissime tene & nullatenus dubites, exceptis illis, qui pro nomine Christi suo sanguine baptizantur, nullum hominem accipiturum vitam æternam, qui non hic à malis suis fuerit per Pœnitentiam, fidemq; conversus, & per Sacramentum fidei, & Pœnitentiæ, id est, per Baptismum liberatus.*

Intellige non quamcūque Pœnitentiam, sed illam quam ante Baptismum oportet agere; id est, virtutem Pœnitentiæ: quippe confestim adjungitur: Et maioribus quidem necessarium esse, & Pœnitentiam de malis suis agere, & fidem Catholicam secundum regulam veritatis tenere, & Sacramentum Baptismatis accipere: parvulis vero, qui nec propriâ voluntate credere, nec Pœnitentiam pro peccato, quod originaliter trahunt, agere possunt, Sacramentum fidei, quod est sanctum Baptisma, quamvis rationis ætas eorum capax esse non potest, sufficere ad salutem. Quid clarius?

46.
Probatut
institutio
Sacramenti
Pœnitentiæ,
ex
verbis
Christi
Joan. 20.

Igitur ex prædicatione Pœnitentiæ vel Christi, vel Apostolorum, aut Joannis Baptista, nequiquam probatur institutio Sacramenti Pœnitentiæ. Ex quo ergo? Ex insigni factio & perspicuis verbis Christi Joan. 20. v. 22. & 23. *Hæc cum dixisset, insufflavit, & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum quorum remiseritis peccata (signo aliquo externo) remittuntur eis (utique judicio Dei in cœlis) & quorum retinueritis (id est, quibus remissionem negaveritis, seu quibus censueritis non remittenda) retenta sunt judicio Dei in cœlis.*

Non ait Christus: *Quorum remiseritis peccata remittentur eis; & quorum retinueritis, retenta erunt, in futuro, sed in præsentis: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt; in signum tunc actu tradita potestatis, quasi diceret, jam nunc ratum habeo in cœlis, quidquid à vobis factum fuerit in terris.*

Porro in futuro loquitur Matth. 18. v. 18. *Amen dico vobis quacūque alligaveritis super terram, erunt ligata & in cœlo &c.* Ubi, ut superius insinuavi, non conceditur potestas alligandi, & solvendi; sed tantum promittitur postmodum concedenda.

Non erat
conveniens
quod prius

Sanè conveniens non erat, quod prius daretur potestas in corpus Christi mysticum,

quàm potestas in corpus Christi verum: hæc autem solam acceperunt in ultima cœna. Et quamquam fortè tunc Christus intulerit Apostolos de statu futura Ecclesiæ, & consequenter de Sacramento Pœnitentiæ, ut postea instituendo; equidem quod in ultima cœna instituerit, ita quod hæc inceperit significationem, & efficaciam gratiæ; nusquam legitur, cum nondum esset data potestas remittendi peccata, sine qua non potuit hoc Sacramentum suam efficaciam habere.

Refert Magister 4. dist. 22. circa finem sententiam quorūdam, qui dicunt, Sacramentum Pœnitentiæ, sicut & conjugii, ante tempus gratiæ, etiam à primordio humani generis fuisse.

Sed hæc doctrina ab omnibus exploditur, si intelligat Sacramentum propriè dictum, de quo hic tractamus. Fuit quidem à primordio naturæ contractus Matrimonii, sive conjugium in ratione contractus; uti etiam externa Confessio & dolor internus peccatorum; verum tamen Absolutio, efficax gratiæ ex opere operato, ubi legitur?

Gen. 3. v. 9. scriptum est: *Vocavit Dominus Deus Adam, & dixit ei: Vbi es? Volens illo modo interrogandi elicere Confessionem peccati. Similiter cap. 4. v. 9. Et ait Dominus ad Cain: Vbi est Abel frater tuus? Sed quid tum? Num etiam ibi legitur Absolutio à peccatis? Nihil minus. Fallum ergo est, quod Aliqui somniant, illis locis institutam esse Confessionem auricularem, quæ de facto utitur Ecclesia Catholica, id est, Confessionem Sacramentalem.*

Alioquin simplicem Confessionem extenuam suorum peccatorum legimus Josue v. 19. & 20. *Et ait Josue ad Acham: Fisi mihi gloriam Domino Deo Israël, & confitere & munda mihi quid feceris, ne abscondas. Responditq; Acham Josue & dixit ei: Verè ego peccavi Domino Deo Israël, & sic & sic feci. Ecce Confessio. Sed ubi Absolutio? Quia turbasti nos, exturbet te Dominus in die hæc. Lapidavitq; eum omnis Israël, & cuncta quæ illius erant, igne consumpta sunt. Si hodie sic homines absolventur, fortè pauci confiterentur.*

Dices; saltem Nathan absolvit Davidem, confitentem peccatum suum 2. Reg. 12. v. 13. *Et dixit David ad Nathan: peccavi Dominum.*

Respondeo, non lego ista verba: *Absolvit te, vel æquivalentia; sed hæc, quæ subiecto: Dominus quoque transfudit peccatum tuum; non meritis.* Quibus Nathan significabat id, quod sibi divinitus erat revelatum, scilicet remissionem peccatorum factam à Deo; ergo Nathan remisit peccatum, vel saltem ministeriali potestatem, prout remittunt Sacerdotes novi Testamenti, negatur Consequentiā: alioquin Evangelistæ crucifixissent Christum, quoniam narrant, Judæos Christum crucifixisse.

Atque ut totum concederemus, id fuit factum

factum aliquid extraordinarium, quod non statuit legem, qualis debet esse institutio Sacramenti. Adeoque nec Christus sacramentaliter absolvit Paralyticum Matth. 9. v. 2. dicens: *Confide fili remittuntur tibi peccata tua*: Neque Mariam Magdalenam Luc. 7. v. 48. his verbis: *Remittuntur tibi peccata*: tum defectu Confessionis, tum quia id fecit per potestatem Excellentiam, quæ non erat alligata signis illis externis qualiter alligata est potestas ordinaria absolvendi Sacramentaliter à peccatis.

Quantùm ad Joannem Baptistam, prædicavit hic Baptismum Pœnitentiæ in remissionem peccatorum, Et egrediebatur ad eum, inquit Evangelista Marcus c. 1. v. 5. *omnis Iudæus, & Ierosolymita universi, & baptizabantur ab eo in Iordani flumine, confitentes peccata sua*; sed absolutionis à peccatis confessis non meminit Scriptura.

Fateamur ergo Sacramentum Pœnitentiæ non habere fundamentum neque in Testamento veteri, neque in Concionibus Baptiste. Sed neque tale habemus de Baptismo dando in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & tamen Baptismus admittitur verum Sacramentum, Similiter Sacramentum Eucharistiæ.

Dices; de Baptismo & Eucharistia habemus testimonium Christi, qui ipse Eucharistiam consecravit, & si non per se, saltem per Apostolos suos baptizavit: non legitur autem absoluisse sacramentaliter per se, vel per Apostolos. Ergo ritus absolvendi, qui modò observatur in Ecclesia, inventum solum humanum, & non ceremonia aliqua sacra, à Christo instituta.

Respondeo; *Sunt & alia multa, quæ fecit & dixit Iesus; quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribentur, libros, inquit Joannes cap. ult. v. ultimo, Traditio est, nihil quæras amplius; sed dicitur, verba illa: Ego te absolvo veram esse ceremoniam à Christo institutam, ad significandam, & efficiendam gratiam sanctificantem, atque ad Deum illo ritu colendum.*

Quærit autem aliquis à me, ubi illa ceremonia à Christo sit instituta? Respondeo, præcipue Joan. 20. teste Tridentino sess. 14. cap. 1. ibi: *Però nec ante adventum Christi Pœnitentia erat Sacramentum; nec est post adventum illius euiquam ante Baptismum. Dominus autem Sacramentum Pœnitentiæ tunc præcipue instituit, cum à mortuis excitatus, inisset in Discipulos suos, dicens: Accipite Spiritum Sanctum &c.*

Dicitur; *Præcipue*, quia tam insigni facto, & verbis tam perspicuis, potestas remittendi & retinendi peccata, ad reconciliandos fideles, post Baptismum lapsos, Apostolis & eorum legitimis successoribus fuit communicata, quæ ante Resurrectionem tantùm erat insinuatà &

promissa. Atque hæc potestas in actu exercito est sola essentia huius Sacramenti, aut saltem præcipua pars, si Contritionem & Confessionem malueris appellare partes essentielles, quàm conditiones, sine quibus non exercetur validè illa potestas.

Et verò cum illa contritio, non solum ante Passionem Christi; sed etiam ante ejus adventum, immo à primordio nature habuerit suam utilitatem, immo necessitatem; quis scit, an non etiam propterea Concilium addiderit *ly Præcipue*?

Interim cum illa contritio, nullo umquam tempore ante resurrectionem Christi, habuerit vim delendi peccata ex opere operato, qui est effectus proprius Sacramenti; rectissime dicitur, Sacramentum Pœnitentiæ quantum est, institutum fuisse Joan. 20. ubi, ut dictum est, dedit potestatem remittendi peccata, & retinendi, id est, instituit tribunal, in quo jus dicerent Sacerdotes, absolvendo, quos judicarent dignos, non absolvendo, quos judicarent indignos; absolvendo, inquam, per collationem gratiæ sanctificantis ex opere operato.

Atque hæc ratione Concilium Tridentinum sess. 6. c. 14. simpliciter, omisso *ly Præcipue*, asserit, Sacramentum Pœnitentiæ institutum Joan. 20. ibi: *Etenim pro iis, qui post Baptismum in peccata labuntur, Christus Iesus Sacramentum instituit Pœnitentiæ cum dixit: Accipite Spiritum Sanctum &c.*

Sed contrà I. Si Joan. 20. data est Apostolis potestas absolvendi, ergo Thomas, qui dicitur Didymus, caruit illà potestate. Probatur Consequentia: quia Joannis 20. verbis Christi: *Accipite Spiritum Sanctum &c.* extemplo subiungitur: *Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Iesus.*

Respondeo verbis Cyrilli Alexandrini lib. 12. in Joan. c. 56. *Dicimus (inquit ille) virtutem Spiritus, ex intentione dantis Christi, in omnes Discipulos pertransisse: non enim quibusdam, sed omnibus Discipulis dedit. Quare liberalitate dantis non solum presentes; sed etiam absentes Apostolis, Spiritum sanctum acceperunt. Quòd autem non violenta, sed tua verag; ista ratio sit, auctoritate sancta Scripturæ monstrabimus. Inquit Deus quondam Moysi (Num: 11.) septuaginta seniores Iudeorum eligere. Dixit autem de Spiritu, qui erat in Moysè, ablatum se atque impositum in illis. Quum verò Heldad & Medad de 70. Seniorum numero in Synagoga remansissent; ac Spiritus omnibus illis septuaginta immisus fuisset: prophetabant quidem, qui erant cum Moysè; prophetabant autem etiam illi duo, qui aberant &c. Non ergo licet absuerit Thomas, à participatione Spiritus decidit, quum de numero esset eorum, quibus, dignitate Apostolatus decoratus, Spiritus debebatur. Hæc Divus Cyrillus.*

53.
Recte dicitur, totum Sacramentum Pœnitentiæ institutum Joan. 20.

Conc. Trid.

54.
Prima obiectio.

Responso ex D. Cyrillo Alex.

55.

56.

han...
na. E...
tu...
& con...
ut po...
ultima...
ceperit...
suspian...
estas re...
hoc Sa...
em sen...
ramen...
pus gra...
fuisse...
oditur...
um, de...
mordio...
conju...
externa...
um; ve...
ex opere...
Domi...
lens illo...
nem pec...
minus ad...
id tum...
peccatis...
Aliqui...
Confes...
Eccle...
ramen...
exter...
Jolie 7...
illi mi...
& indica...
Achun...
mo Deo...
o. Sed...
erubete...
Israel...
ra sunt...
forte...
videm...
2. v. 13...
mitio...
Absolvo...
abjicio...
non mo...
quod...
emissio...
Nathan...
ali po...
vi Te...
loquin...
nomiam...
id fuit...
factum



55.
Secunda
objectio.

Dices II. Christus Joan. 20. v. 21. dixit
Apostolis: Sicut misit me Pater, & ego mitto
vos. Atqui, ut superius diximus, Christus re-
conciliavit peccatores absque ministerio alicujus
Sacramenti; ergo per verba illa v. 22. *Accipite
spiritum sanctum* &c non instituit ali-
quod speciale Sacramentum, quo necessariò
deberent uti Apostoli, & eorum successores,
ad reconciliandos peccatores post Baptismum

Solvitur ex
S. Gregor.
Papa.

Respondeo neg. Conseq. Ad Majorem
dico cum S. Gregorio Papa Homil. 26. in
Evang. *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos*,
id est, sicut misit me Pater Deus Deum, & ego
mitto vos homo homines. Pater Filium misit, qui
hunc pro redemptione generis humani incarnari
constituit. Quem videlicet in mundum venire ad
passionem voluit: sed tamen amavit eum, quem ad
passionem misit. Electos vero Apostolos Dominus non
ad mundi gaudia, sed sicut ipse missus est, ad passio-
nes in mundum mitit. Quia ergo & Filius amatur
à Patre, & tamen ad passionem mittitur; ita &
discipuli à Domino amantur, qui tamen ad passio-
nem mittuntur in mundum. Itaque rectè dicitur:
Sicut misit me Pater, & ego mitto vos: id est
eà Charitate vos diligo, cum inter scandala per-
secutorum mitto, quàm me Charitate Pater diligit,
quem venire ad tolerandas passiones fecit.

Apostoli
non habuerunt
omnem pote-
statem rem-
ittendi pec-
cata, quam ha-
buit Chris-
tus.

Ergo Apostoli habuerunt omnem potesta-
tem remittendi peccata, quam habuit Chris-
tus, nulla Consequentia. Omnis similitudo
claudicat: adeòque quamvis similem potes-
tatem habuerint reconciliandi peccatores, vi-
delicet per media, ab ipso Christo instituta,
puta Sacramentum Baptismi, & Penitentia; non
tamen omnino eandem, puta potestatem
Excellentia, quæ nullis externis signis erat
alligata in Christo, utpote qui ipse solus esset
institutor illorum signorum, id est, Sacra-
mentorum.

56.
Tertia ob-
jectio.

Dices III. Si ità clara est & aperta insti-
tutio Sacramenti Penitentia, quid est quod
Gratianus suo tempore dist. 1. de Penitentia,
allatis pro utrâque parte variis auctoritatibus,
hanc rem dubiam reliquerit?

Respondeo
ita.

Respondeo; hæc fuit quæstio disputata à
Gratiano loco citato: *Vtrum solâ cordis Contri-
tione, & secreta satisfactione, absque oris Con-
fessione, quisque possit Deo satisfacere, ut expresse
ponitur in principio illius distinctionis, non
autem; An Christus instituit verum & propriis
dictum Sacramentum Penitentia.* Et verò non
instituit, nulla omnino sententia, ab ipso al-
legata, insinuat; quamvis aliquæ videantur
negare necessitatem hujus Sacramenti. Tan-
tùm exscribo ultimum Canonem desumptum
ex Penitentiali Theodori Archiepiscopi
Cantuariensis, juxta Burchardum & Ivo-
nem.

57.
Referunt
can. ult. di-

*Quidam Deo solummodo confiteri debere peccata
dicunt, ut Graci. Quidam vero Sacerdotibus con-
fiterenda esse peccata, ut tota ferè S. Ecclesia. Quod*

utrumque non sine magno fructu intra sanctam
Ecclesiam: ita duntaxat ut Deo, qui remissor est
peccatorum, peccata nostra confiteamur, & hoc per-
fectorum est (qui, ut Glossa ibi, non habent nisi
venialia: unde non indigent oris confessione specialis)
ut cum David dicamus: Delictum meum cogni-
tum tibi feci, & injustitiam meam non ab-
scondi. Dixi confitebor adversum me injus-
ticias meas Domino & tu remisisti impietatem
peccati mei. Sed tamen Apostoli institutio
nobis sequenda est, ut constitemur alterutrum pec-
cata nostra, & oremus pro invicem, ut saltemur.
Confessio itaque, quæ soli Deo fit, quod est infor-
mum, purgat peccata. Ea verò quæ Sacerdoti fit, dicitur,
qualiter ipsa purgantur peccata (id est, ostendit
ordinarium purgandi modum esse per Sacer-
dotis Absolutionem) Deus namque, salutaris &
sanctitatis auctor & largitor, plerumque hæc præ-
bet sua Penitentia medicinam invisibili administra-
tione (id est, Contritione charitate perfectâ)
plerumque Medicorum operatione, id est, Absolu-
tione Sacerdotum.

Eadem ferè habentur in Concilio Cabilo-
nensi 2. sub Leone Papa 3. c. 33. omittis his ver-
bis: *Ut Graci. Item illis: Ut tota fere sancta
Ecclesia. Ac illis: Et hoc perfectorum est. Item
illis: Quod est infor-*

Ceterùm cum audis institutionem Apo-
stoli, scilicet Jacobi Episcopi Cathol. c. 5. v. 16.
non subeat cogitatio, D. Jacobum esse prin-
cipalem institutorem hujus Sacramenti; sed
ad summum (quæ videtur esse sententia Do-
ctoris Seraphici 4. dist. 17. p. 2. a. 1. q. 3.)
fuisse promulgatorem Confessionis, seu præ-
cepti confitendi. *Deo sunt in Confessione, inquit
D. Bonaventura supra n. 71. unum formale &
completivum, & hoc est absolutio, sive passus ab-
solvendi vel medicandi, & hanc Dominus instituit,
qui potestatem clavium concessit, & penes hoc respicit
virtus, scilicet Sacramenti, ut patebit ex di-
cendis.* Ergo secundum ipsum, Christus im-
mediatè instituit Confessionem in ratione
Sacramenti, id est, Sacramentum Peni-
tentia.

Aliud autem est materiale, & hoc est detestatio
peccati sive morbi, & hoc Dominus non instituit
se, sed insinnavit. Ratio autem quare non instituit
ut dicunt aliqui, hæc fuit; quia sufficit agrotare ex-
mere Medicum & Medicinam; & ulterius Confessio
peccati non valet extorci, sed debet esse voluntaria;
ideo Dominus insinnavit, relinquens hoc in volun-
tate agrotantium. Et hoc est, quod dicit Hugo: *Me-
dici dicit, ut curarent; sed infirmis non dicit, ut
ad Medicos curandi causa veniant: hoc quasi ter-
tium esse voluit, quod acri libenter salutem quaere-
rent, & se curandos offerrent, si Medicos invenirent.*
Ecce prima ratio, quare Christus minus ex-
plicitè præcepit Confessionem, id est, sus-
ceptionem Sacramenti Penitentia.

Et licet hoc (prosequitur Bonaventura) sit
satis probabile, potest tamen & aliter dici, quod
Dominus

accipere remissionem peccatorum in celo per Contritionem charitate perfectam. Ut ergo Sacerdotes possent uti sua potestate quoad utrumque illum actum, debuit Sacramentum Pœnitentiæ esse medium necessarium, ita quod peccata censeantur retenta, quamdiu non sunt per Absolutionem remissa.

Atque hæc est potestas Clavium cujus supra meminit Concil. Tridentinum, dicens: *Quod pro potestate Clavium, remissionis aut retentionis peccatorum sententiam pronuntiant.* Peccatorum, inquam, mortalium, in quæ Christi fideles ceciderint. Nonne quando alicui dantur claves domus clausæ, eo factò recursus ad ipsum fit medium necessarium, ut aliquis ingrediatur?

Luc. 19. Cum proportione ergo applicari potest Sacramento Pœnitentiæ, quod Luc. 13. v. 3. dicitur de Pœnitentiâ veteris Legis, id est, de Virtute Pœnitentiæ: *Nisi Pœnitentiam habueritis omnes similiter peribitis.*

65. Objectio. Sed dicit Aliquis; retinere significat actum aliquem positivum ligandi aut obligandi; sicut remittere significat actum positivum solvendi; si ergo positivè non liget Sacerdos, estò etiam positivè non solvat, poterit homo aliâ viâ solvi vel ligari; ergo Sacramentum Pœnitentiæ non est medium necessarium.

Solvitur. Respondeo, antiquos Patres illam retentionem explicasse per negationem veniæ, seu non remissionem peccatorum. Immo aliter explicari non potest, si verbum retinendi immediate referatur ad peccata, quia peccatum, ut patet, non potest directè per actionem positivam Sacerdotis retineri; estò judicium, quò quis judicatur indignus Absolutione, sit actus positivus, quod judicium licèt possit aliquando intervenire, equidem non necessariò intervenit; sed sufficit absentia judicii, quo judicatur dignus absolutione. Et dato casu, quo peccator judicaretur dignus Absolutione, nihilominus peccata retenta erunt; donec & usque accedat voluntas remittendi.

Duplex est potestas ligandi in Sacramento Pœnitentiæ. Dico, si verbum retinendi immediate referatur ad peccata; quia duplex est potestas ligandi in hoc Sacramento, una negativa, quæ exercetur per negationem veniæ; altera positiva, quæ imponit pœnas confitentibus juxta qualitatem delicti.

66. Objectio. Sed contrà, utroque illo modo retineri possunt peccata venialia, & tamen illa non necessariò debent confiteri.

Solvitur. Respondeo; quemadmodum peccatum mortale & veniale, non sunt æqualiter peccatum, sic itidem verbum retinendi non potest æqualiter de utroque intelligi, cum non sit eadem aptitudo & capacitas in utroque, ut retineatur; siquidem retentio, quæ fit à Sacerdote in terris, rata habetur in caelis, secundum illud Christi Matth. 18. v. 18. *Amen dico vobis, quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in Cælo.* Jam autem peccatum

veniale quantumcumque retineatur, id est, non remittatur à Confessorio, equidem non potest hominem ligare seu perpetuò excludere à regno caelorum, cum non privet gratiâ, quæ dat jus ad gloriam.

Ceu ergo peccatum mortale simpliciter est offensâ Dei, & claudit januam caeli, ad quam aperiendam claves datae sunt, secus peccatum veniale; ita quoque potestas remittendi & retinendi, principaliter & simpliciter data est propter peccatum mortale; consecutivè vero potestas remittendi extenditur etiam ad veniale; quia potestas sufficiens ad tollendum impedimentum perpetuum, pariter sufficiens est ad tollendum impedimentum temporale, non sic potestas retinendi, quæ coactionem indicat, & ideo minor esse debet circa minores offensas.

Est mortale & veniale, inquit Scotus 4. dist. 21. q. 1. n. 12. sint eiusdem rationis in genere natura, vel fortè in malitia moris, ut generis vitiati distinguatur contra gratitatem, & peccatum, sed tamen non sunt ista eiusdem generis vel rationis in ratione offensæ divinae, & ideo nec uniformiter remittuntur. Sed veniale aliquando post hæc vitam, mortale nunquam (de hac differentia loquitur ibi Doctor) quid ergo mirum, si non etiam uniformiter retineantur?

Quamvis ergo Christi verba simplicia & generalia sint, quia tamen peccata in ratione offensæ non omnia sunt ejusdem generis vel rationis, hinc cum proportione debita secundum capacitatem cujusque sunt ipsi applicanda.

Sicuti si quis diceret: *Nisi Pœnitentiam peccatorum egeritis, eorum remissionem non consequemini*, hæc verba licèt uniformia & generalia sint, equidem includunt has duas propositiones. Prima: *Si egeritis Pœnitentiam, veniam consequemini*, quæ non minus mortalia quàm venialia complectitur. Secunda est: *si non egeritis Pœnitentiam, non consequemini veniam*; quæ non æqualiter complectitur utrumque peccatum; nam in mortali simpliciter vera est; in veniali autem solum secundum quid, scilicet non obstinebitis ex vi talis dispositionis, aut, nisi aliud medium adhibueritis.

Consimiliter ergo hæc verba: *Quorum retinueritis peccata, retenta sunt*, in mortalibus quidem peccatis simpliciter sunt vera; in venialibus autem solum secundum quid, scilicet retenta sunt, id est, non sunt remissa per Absolutionem Sacramentalem, aut, nisi aliud medium adhibeatur.

Si rursus objicias; verba Christi Joannis 20. possunt intelligi de illis solis peccatis, quæ fideles voluntariè & liberè subiciant Clavibus Ecclesiæ, non autem quasi omnia debeant subicere Clavibus, ut remissionem accipiant.

Respondeo, illum intellectum esse contra verum & proprietatem verborum cum absolute & sim.

& simpliciter dicatur: Accipite spiritum san-
ctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis,
& quorum retinueritis, retenta sunt: ergo oportet
illa interpretari de omnibus peccatis, quæ sim-
pliciter veniunt nomine peccati, qualia sunt
omnia peccata mortalia, non autem illa sola,
quæ peccatores voluerint subijcere Clavibus
Ecclesiæ.

Deinde licet Confessarius peccata exposita
retineret, equidem de illis posset peccator con-
teri, & sic accipere remissionem; ergo retentio
esset pro magna parte frustranea. Dico,
pro magna parte, quia saltem ex opere operato
non posset recipere remissionem.

Ex his manifestè cognoscitur, quare neces-
sitas hujus Sacramenti colligatur potius ex re-
tentione peccatorum, quam ex remissione;
quia videlicet potestas remittendi conceditur
in favorem rei, adedque posset esse utilis, estò
susceptio Sacramenti non foret necessaria; at
verò potestas retinendi data fuit in favorem
ipsius cause seu iustitiæ divinæ, ut proinde
maximè conveniens fuerit, quòd esset omninò
independens à voluntate rei, & dependens à
sola voluntate Sacerdotis, ne fortè dum libera
datur electio reo, pauci vel nulli inveniantur,
qui illi iudicio causam suam velint subijcere
& subijciant, adedque frustranea omninò sit
iustitio hujus Sacramenti, & præsertim po-
testas retinendi peccata, ex quo efficaciter Sac-
erdos nequit peccata retinere tametsi velit,
quin alio medio remittantur.

Neque dixeris, de facto alio medio remit-
tuntur, scilicet Contritione charitate perfecta;
ne, inquam, hoc dixeris, nam docet
Concilium Trid. sess. 14. cap. 4. *Esti Contritio-
nem aliquando charitate perfectam esse contingat,
bonum est, Deo reconciliare, priusquam hoc Sacra-
mentum actu suscipiatur; ipsam nihilominus recon-
ciliationem ipsi Contritioni, sine Sacramenti voto,
quod in illa includitur, non esse adscribendam.* Et
ideo dixi in Conclusionè: *In re aut voto.*

Sanè votum sufficere docet præterea idem
Concilium sess. 6. c. 14. ibi: *Vnde docendum est,
Christiani hominis Penitentiam post lapsum, multo
aliam esse à baptismali; eam, contineri non modo
cessationem à peccatis, & eorum detestationem, aut
eorum contritionem & humilitatem, verum etiam eorum-
dem Sacramentalem Confessionem, saltem in voto,
& suo tempore faciendam, & Sacerdotalem Absolu-
tionem.*

Non quòd per Contritionem culpa remit-
tatur sub conditione; sic enim non haberet
effectum donec conditio adimpleretur, quod
constat esse falsum; sed cum ordine sive obli-
gatione confitendi: veluti dominium alicujus
rei transfertur in emptorem absolute &
simpliciter per traditionem; tametsi cum
obligatione solvendi pretium, per quam so-
lutionem postmodum contractus emptionis
& venditionis omninò completur & perficitur

intrinsecè & extrinsecè. Et pari ratio-
ne per Sacramentalem Confessionem, quæ
suo tempore fit, & Sacerdotalem Absolu-
tionem, omninò completur & perficitur in-
trinsecè & extrinsecè Contritio præcedens,
alioquin in se satis perfecta, ut statim remittat
peccata.

Si autem à me queritur, an requiratur vo-
tum explicitem confitendi; quod sit actus
aliquis distinctus ab actu Contritionis, an verò
sufficiat votum implicitum confitendi, id est,
propositum de cætero non peccandi, seu obser-
vandi omnia præcepta divina, quod proposi-
tum includitur in omni vera Contritione.

Respondeo; neque ex Scriptura, neque ex
Traditione ostendi potest necessitas voti ex-
pliciti; ergo non est asserenda; quidquid
Aliqui senserint in oppositum, quos rejeci-
mus longè & latè disp. 2. sect. 3. concl. 3. ubi
de voto Baptismi, cuius est eadem ratio. Vi-
deantur & maturè expendantur, quæ ibi di-
ximus, & nullus temerebit scrupulus.

Atque hic posset esse finis hujus conclu-
sionis: sed quoniam defendendam suscepimus
doctrinam Subtilis Scoti, placuit investigare
mentem ipsius de hoc articulo fidei, videlicet
necessitate Confessionis Sacramentalis, quam
dilectis verbis definiit Concilium Trident.
sess. 14. can. 6. *Si quis negaverit Confessionem
Sacramentalem vel institutam, vel ad salutem ne-
cessariam esse iure divino; aut dixerit modum secretè
confitendi soli Sacerdoti, quem Ecclesia Catholica
ab initio semper observavit & observat, alienum esse
ab institutione & mandato Christi, & inventum
esse humanum; anathema sit.*

Et jam pridem Concil. Const. sess. 8. dam-
naverat hunc articulum Joannis Wicleff: *Si
homo debite fuerit contritus, omnis Confessio exte-
rior est sibi superflua & inutilis. Quam damnatio-
nem approbavit Martinus V. Bulla, Inter can-
tatas, quæ habetur ad calcem illius Concilii
Tom. 3. Conc.*

Refert etiam Castro contra Hæreses verb.
Confessio, quamdam Extravagantem Sixti IV.
in qua damnatur hæc propositio Petri de Ol-
ma Doctoris Salmanticensis: *Peccata mortalia
quantum ad culpam & penam alterius sæculi delentur
per solam Contritionem cordis, sine ordine ad Claves.*

Consentiant in hac re SS. Patres præser-
tim D. August. lib. 50. Homil. Homil. 49. ibi:
*Qui post uxores vestras vos illicito concubitu ma-
culastis, si præter uxores vestras cum aliqua con-
cubistis, agite Penitentiam qualis agitur in Ec-
clesia, ut oret pro vobis Ecclesia. Nemo sibi dicat,
occulte ago, apud Deum ago, novit Deus
qui mihi ignoscit, quia in corde ago. Ergo sine
causa dictum est; Quæ solveritis in terra, so-
luta erunt in cælo? Ergo sine causa sunt Claves
data Ecclesie Dei? Frustramus Ea angelum Dei,
frustramus verba Christi? Promittimus vobis, quòd
ille negat?*

73.
An requiratur votum explicitem

Neque ex Scriptura neque ex Traditione ostendi potest necessitas voti expliciti

74.
Quid secutus doctrinam de necessitate Confessionis, quam definiit Concilium Trid.

Conc. Const. sess. 8.

& Sixtus 4.

75.
Docent etiam SS. Patres D. August.

S. Leo.

Similia loquitur Sanctus Leo Epist. 89. aliàs 91. Multiplex, inquit, misericordia Dei in lapsibus subvenit humanis, ut non modo per Baptismi gratiam, sed etiam per Penitentia medicinam spes vite reparetur aeterna; ut qui regenerationis donum violassent, proprio se iudicio condemnantes, ad remissionem criminum pervenirent, sic divina bonitatis praesidio ordinatis, ut indulgentia Dei nisi supplicationibus Sacerdotum nequeat obtineri. Mediator enim Dei & hominum homo Christus Iesus, hanc Ecclesiae Praepositis tradidit potestatem, ut & contentibus actionem Penitentia darent, & eosdem salubri satisfactione purgatos, ad communionem Sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent.

Quod autem S. Leo per Confessionem, quam Sacerdotibus faciendam asserit ex iure divino, intelligat illam, quae secretò fieri solet, patet ex Epist. 80. ad Episcopum Campaniae ibi: Cum reatus conscientiarum sufficiat solis Sacerdotibus indicari Confessione secretà. Et infra: Sufficit illa Confessio, quae primum Deo offertur, tum etiam Sacerdoti.

& Auctor lib. de vera & falsa Penitent.

Accedat Auctor de vera & falsa Penit. c. 10. ibi: Quem poenitet, omnino poeniteat, & dolorem lacrymis ascendat: representet vitam suam Deo per Sacerdotem, praeveniat iudicium Dei per Confessionem. Praecepit enim Dominus mundanis, ut ostenderent ora Sacerdotibus: docens corporali presentia confitenda peccata, non per nuntium, non per scriptum manifestanda. Plura testimonia reperies apud Magist. Sent. 4. dist. 17.

96. Contrariè nulpjam docuit Scotus.

Putas autem quia contrarium tenuit Doctor Subtilis? Absit ut hoc suspicemur de tanto viro, cuius sententia nullà exceptà usque modo ilibata, & tuta in fide permanent. Itaque 4. dist. 17. q. 1. n. 3. & 4. explicat quid sit jus naturale, & Divinum positivum ac Ecclesiasticum. Illud, inquit, est verum de iure naturali, cuius veritas est nota ex terminis, & tale est principium in Lege natura, sicut & in speculabilibus principium notum est ex terminis, sive quod sequitur evidenter ex tali vero sic notio, cuiusmodi est conclusio practica demonstrata: & strictè loquendo nihil aliud est de lege natura, nisi principium vel conclusio demonstrata: sic tamen extendendo quandoque dicitur, illud esse de lege natura, quod est verum practicum consonum principis & conclusivibus legis natura, in tantum quod statim notum est omnibus illud convenire tali legi.

Quid sit jus naturale.

Et ex hoc patet (prosequitur Scotus) quod non rectè loquitur Gratianus (dist. 1. Humanum) de iure legis natura, volens illa, quae sunt in Scriptura veteris & novi Testamenti, de lege natura esse; quia nec illa omnia sunt principia practica nota ex terminis, nec conclusiones practicae demonstratae; nec vera evidenter consona talibus principis & conclusivibus. Exponendus ergo est, quod extendit ius naturale ad ius positivum ab Auctore natura, ut distinguitur contra ius positivum ab aliquo, qui non est Auctor natura.

97. Gratianus non rectè loquitur de iure legis natura.

Accipe verba Gratiani: Ius naturale est, quod in Lege & Evangelio continetur: quo quilibet debet alii facere, quod sibi vult fieri, & prohibetur alii inferre, quod sibi noli fieri. Unde Christus in Evangelio (Matth. 7. v. 12.) Omnia quaecumque vultis ut faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Hac est enim Lex, & Propheta.

An autem inter illa debeant computari caeremoniae Judaeorum pro tempore illius Legis, & Christianorum pro tempore Legis novae, relinquo iudicio Lectoris. Gratianus videtur intellexisse omnem omnino Legem divinam; nam protinus subiungit: Hinc Iudaeorum in 5. libro Etymologiarum cap. 2. ait: Omnes Leges aut divinae sunt, aut humanae. Divinae naturae, humane moribus constant.

Interim communis sententia distinguit inter Legem naturalem, & divinam positivam. Quaecumque, inquit Scotus supra n. 4. continentur in Scriptura pro tempore, pro quo sunt observanda, & tamen non sunt nota ex terminis, nec demonstrabilia ex talibus notis, nec statim consona talibus veris evidenter, sunt merè de iure positivum divino, cuiusmodi sunt omnes caeremoniae Iudaearum pro tempore illius Legis, & Christianarum pro tempore Legis nostrae. Nec enim est notum ex terminis, nec demonstratum, nec evidenter consonum talibus, quod Deus sit colendus in immolationibus bestiarum (aliàs hostiarum) veteris Legis, & hoc pro quocumque tempore: nec quod sit colendus in caeremoniis nostris, puta in oblatione Eucharistiae, vel cantu Psalmorum, licet ista sic sunt consona Legi naturae, quod non repugnent.

Hoc etiam patet; quia illa quae sunt de Legi natura, sive proprie, sive extensivè semper sunt uniformia; non sic huiusmodi caeremonia, quae erant aliae pro tempore alterius Legis.

Quantum ad jus Ecclesiasticum; Vltimum positivum divinum, inquit Doctor ibidem, quod continetur in Scriptura divina, Ecclesia statuit multa, & propter reverentiam maiorem in suscipiendis & dispensandis Sacramentis. His suppositis

Si à Scoto queras, de quo iure sit Confessio Sacramentalis; Respondet n. 5. Quod non tenetur quis precepto Legis natura ad confessionem peccati, de qua quaeritur (id est, Confessionem Sacramentalem) quia tunc hoc obligatio fuisse pro statu vel tempore cuiuscumque Legis, quod falsum est, quia nec erat in statu Innocentiae, nec in statu Legis Moisaicae.

Si obijciatur, Glossa super illud Genes. 3. v. 9. Adam ubi es? Vox est, inquit, increpantis & Confessionem inquirentis &c. Ergo fuit Confessio in tempore Legis natura post lapsum.

Respondet Scotus supra n. 6. Quod Adam non debuit peccatum suum occultasse Deo; quia ipse est Iudex, cui manifestum est omne peccatum, & coram quo quilibet reus debet recognoscere peccatum suum, & hanc Confessionem Deus requisivit ab eo, quam

quam non solum non fecit, sed peccatum suum excu-
sari retroquendo in mulierem, dixit, Mulier
quam dedisti mihi &c. Unde illud non concludit,
quod in illa Lege esset Confessio facienda homini, licet
esset facienda Deo.

100. Obiicit rursum : de Aaron & filiis ejus legi-
tur in Levit. cap. 16. Quod debuerunt
confiteri peccata filiorum Israël : & frequen-
ter dicitur in Lege, quod qui peccasset, de-
beret confiteri peccatum suum, & offerre tale
vel tale sacrificium.

Respondet Doctor supra : In tota Lege Mo-
siana non sicut ista Confessio, de qua loquimur, sed
de peccatis oculis tantum Deo sicut Confessio, de
quibusdam tamen defectibus publicis, & observantia
Legatum, sicut Confessio, & uniuscujusque, quan-
tum scilicet obit pro tali delicto sacrificium ; & ge-
neralis Confessio Sacerdotis pro populo erat ista :
Inquit egimus, peccavimus, & huiusmodi. Et
istis modo publica Confessio Sacerdotis erat quedam
dispositio ad petendam misericordiam Dei populo.
sicut & modo in Ecclesia, non Confessione ista de
qua loquimur, confitemur nos peccasse, & petimus
misericordiam & nobis & toti populo.

101. Arguitur tertio, in veteri Testamento mol-
ta sunt auctoritates de Confessione facienda,
sicut illud : Iustus prior est accusator sui Proverbia
18, v. 17. & huiusmodi.

Respondet Scotus supra : Quod omnes aucto-
ritates de veteri Testamento ad probandam Confes-
sionem, sicut hic loquimur, sunt tantum vocales,
non sententiales. Rogas de qua ergo Confessio-
ne loquantur ? De illa, inquit n. 7. generali,
quam fecerant Sacerdotes & Daniel, & multi
alii Viri sancti ; vel de illa Confessione delicti sui
publici proprii in observatione Legalium, ut sunt
illa irregularitates in contrahendo immunditias
Legis.

102. Arguitur quarto ex ratione ; hæc propo-
sitione est nota ex terminis, quod quilibet reus
debet judicari : & ista ; quod nullus de-
bet esse iudex in causa propria : ergo reus
debet judicari per alium : non potest accu-
sari per alium, nisi accusetur illi alii, nec potest
accusari, nisi a seipso ; si peccatum suum sit
occultum, ergo debet seipsum accusare alii,
à quo iudicatur : & magis est consonum rati-
oni, quod in secreto, quàm in publico, si
peccatum sit occultum, immo fortè satis no-
tum ratione naturali. Ergo ex propositione
notis Legis naturæ, vel saltem valde
evidenter consonis sequitur, Confessionem
istam secretam proprii peccati, esse faciendam
alii, & tunc nulli rationabilius, quàm Sa-
cerdoti.

103. Ad rationem illam, inquit Scotus supra, con-
cedo, quod ista est nota lumine naturali, vel sal-
tem valde consona propositioni notæ ; quod reus
est iudicandus ; quia nullum delictum relinquen-
dum est impunitum in universo, si est unus rector
universi iustus ; quod est notum naturaliter, vel

valde consonum notis naturaliter. Sed ultra, quod
iudicandus sit ab alio iudicandus, concedo : sed quis
est iste alius ? Non est notum per rationem natu-
ralem, nec per aliqua consona rationi naturali, nisi
per eum, qui est retributor meritorum, & punitor pec-
catorum.

Et tunc ultra cum dicitur : ille alius non po-
test iudicare, nisi sibi fiat accusatio ; potest ne-
gari ; quia ipse peccata novit, etiam antequam
sint sine omni accusatione. Vel esto quod deur
ibi tamquam consona notis, quod isti iudici debet
culpa accusari, & ab ipso peccante ; quia ipse solus
scit.

Ex omnibus istis non sequitur, nisi quod pecca-
tor debet Deo confiteri, & concedo fuisse de Lege
naturæ Confessionem talem, id est, consonam veris
notis ex Lege naturæ : quia pro omni statu post
lapsum, iusti, qui habuerunt fidem de Deo, quod
erat rector universi iustus, postquam peccaverunt
contra Dei legem, confitebantur Deo peccata sua,
petentes ab eo remissionem, scientes eam sine tali
remissione, tamquam iustum iudicem vindicaturum
de illo peccato.

Si dixeris : debet se accusare alicui alii ho-
mini, qui sit iudex ejus. Respondet Doctor
n. 8. Istud non potest probari per nota Legis natu-
ræ : nec etiam est eis evidenter consonum, quia
nullus homo potest esse iudex peccati hominis, nisi ut
minister summus Iudicis : hoc autem modo, scilicet
esse ministrum Iudicis in vindicando vel puniendo
peccatum commissum, magis concessum est unicui-
que respectu sui, quàm uni respectu alterius. Vni-
cuique enim commisit Deus, ut sit minister Dei in
vindicando peccatum proprium, in infligendo sibi
disciplinam & tristitiam pro illo peccato, non sic
autem notum est, quod concesserit alicui respectu
alterius.

Nec obstat, quod in Republica humana
unus est iudex alterius : nam ut recitè Scotus
ibidem, id verum est de illis, quæ possunt sibi im-
miserere in illo iudicio, cuiusmodi sunt publica. Igitur
Confessio Sacramentalis, qualis hodie frequen-
tatur in Ecclesia Catholica, non est de jure natu-
ræ. De quo ergo jure ?

Si tertium membrum teneatur, inquit Scotus
suprà n. 9. scilicet, quod Confessio non cadit nisi
sub præcepto Ecclesie, non potest faciliter improbari,
nisi quia vel Ecclesia non attentasset tam arduum
præceptum imponere omnibus Christianis, nisi esset
præceptum divinum, vel quia non invenitur, ubi ab
Ecclesia imponatur istud præceptum, quin ante hoc
Sancti reputarent, hoc præceptum de Confessione
obligare. Si enim allegatur illud capitulum extra
de Pœnit. & Remiss. Omnis utriusque sexus,
pater quod illud est Innocentii III. in Conc. Later.
Ante autem illud tempus per multos annos fuit Au-
gustinus plus quàm per octingentos annos, qui practica-
vit Confessionem valde esse necessariam. Nec Cæ-
nonista facile inveniret aliquid Concilium vel præ-
ceptum propriè, ubi exprimitur præceptum de Con-
fessione facienda, sicut hic loquimur.

D d d 2 Interim

Ex lege nat
De conf
tendum.

104. Peccatum
iudicari dea
bere ab ho-
mine non
est iuris na-
turæ.

105. Præceptum
Confessio-
nis non est
tantum de
jure cano-
nico.

Cap. 12. de
Pœnit. & ac-
miss.

106. Oppositum docet Glossator de Pœnitenti. dist. 5.

Interim hanc opinionem tenet Glossator de Pœnitentiâ dist. 5. in principio, ubi prius diversas opiniones recitat de Confessione oris, quando fuerit instituta & post suam subdit dicens: Sed melius dicitur eam institutam fuisse à quadam universalis Ecclesiæ traditione potius, quam ex novi vel veteris Testamenti auctoritate. Et traditio Ecclesiæ obligatoria est ut præceptum, arg. 11. dist. In his rebus; ergo necessaria est Confessio in mortalibus apud nos, apud Græcos non; quia non emanavit apud illos traditio talis; sicut nec confitentur in azimis, sed in fermentatis. Constat autem præceptum confitendi in azimis, non esse nisi Ecclesiasticum.

107. quod merito dicitur Scoto,

Sed hæc sententia non placet Scoto, ideo ait: Salvâ gratiâ suâ irrationabiliter loquitur Glossator. Turpe enim esset Theologo, dicere aliquid esse in Biblia, & nescire ubi illud inveniretur: & inà inconveniens debet esse Canonis, dicenti aliquid esse ex universali traditione Ecclesiæ, & non invenire in Canone, si Canon sufficienter continet universales traditiones Ecclesiæ: non allegat autem aliquod capitulum Canonis ad istam traditionem.

quia non allegatur aliquod cap. Canonis.

& quia videtur quod Papa non teneatur confitenti.

neque infideles.

Præterea improbat Doctor illam opinionem; quia aliàs videretur, quod Papa non teneatur confiteri, quia sicut habetur extra de Verb. signif. Exiit qui seminat, Non habet imperium par in patrem. Item non videretur, quod infideles tenerentur ad præceptum de Confessione, quia secundum Apostolum 1. Cor. 5. Quid mihi de his, qui foris sunt, iudicare?

108. Responso Scoti ad argumentum Gloss.

Ad argumentum, quod innuit Glossator pro sua opinione, videlicet: Confessio non est necessaria apud Græcos: esset autem necessaria si præceptum de ea esset ex auctoritate S. Scripturæ. Ad hoc, inquam, argumentum respondet Scotus supra n. 10. Antecedens non est manifestum: necessarium enim est apud eos Baptisma Fluminis, sicut & nobis tanquam prima tabula; sic etiam Pœnitentiâ videretur, immo Sacramentum Pœnitentiæ, ut secunda tabula.

Multa laudabilia omiserunt Græci, postquam defecerunt ab Ecclesiâ Rom.

Et si probatur Antecedens; quia non est apud eos consuetudo confitendi. Respondet: Multas laudabiles consuetudines omiserunt, ex quo ab Ecclesiâ recesserunt, & istam non solum laudabilem, sed etiam necessariam potuerunt omittere. Nec necessariis istius actus inducit consuetudinem: nec est istud, quod ipse accipit pro Antecedente, scilicet, quod Græci non teneantur confiteri, ut notum inter eos, sicut ipse dicit: quin immo nec notum, quod non confiteantur. Nec hoc alicubi aliquis Doctor, scribens contra alias abusiones eorum, expressit, cum tamen fuisset notabilis discordia ab Ecclesiâ Romana, si in hoc discordarent, notabilior scilicet quam conficere in fermentato vel uti hæc formâ: Baptizetur servus Christi, de quibus non tacetur à Latinis.

109. Consuetudo Græcorum non confitendi ante cele.

Meminit quidem Eug. IV. cujusdam consuetudinis Græcorum non confitendi peccata sua, sed Pontificum tantum & Presbyterorum ante celebrationem Missæ: nam inter cæteras quæstiones, quas in Concilio Flor. hic

Pontifex proposuit Græcis una erat: Cur neque Pontifex, neque Presbyteri celebrant, peccata sua confiteri soleant? Ità refertur ad calcem dicti Concilii Tom. 4. Conc. illam autem, ut ibidem dicitur, Præsul Mytilenensis dissolvit facile visus est.

Sed hoc nihil contra nos, immo magis confirmat sententiam Scoti juxta commune dictum: Exceptio firmat regulam in contrariis. Non querit Pontifex generaliter, quare Græci numquam confiteantur, quod indubie fecisset, si illa, tunc temporis fuisset consuetudo; sed, Cur neque Pontifex, neque Presbyteri celebrant peccata sua confiteri soleant. Sanè licet præceptum confitendi, fides doceat esse juris divini, nullibi tamen sufficienter revelatum est, quod obligatio confitendi ante celebrationem Missæ sit juris divini, ut probavimus disp. 4. sect. 10. concl. 3.

Cæterum in Ecclesiâ Græca semper mansisse usum Confessionis liquet ex Conc. Quinisexto seu Trullano Can. 102. qui sic incipit: Oportet qui facultatem solvendi & ligandi à Deo receperunt, peccati qualitatem specularent & peccatoris promptitudinem ad reverentiam, ut sic mandatum admoveant ægritudinem. Ac novissime Jac. Goar in Notis super ordinem Missæ S. Chrysostomi n. 3. idipsum confirmat; allegans renovatos de hoc Canones in Actis Synodicalibus Germani Amethuntos Episcopi.

Cum igitur secundum Scotum, Confessio Sacramentalis neque sit de jure nature, neque de jure positivo Ecclesiastico; quid relinquitur nisi ut cadat sub præcepto divino positivo?

Breviter, inquit ille supra n. 11. videtur rationabiliter tenere secundum membrum, scilicet quod Confessio cadat sub præcepto divino positivo. Sed tunc oportet videre, an explicitè habeatur in Evangelio à Christo immediate, quia patet quod non in veteri Lege; an ab ipso explicitè in aliqua doctrina Apostolica, an nec sic, nec sic: sed dato à Christo, & vocatus ab apostolis Ecclesiæ promulgato.

Primum istorum esset magis conveniens tenendum, si posset evidenter haberi istud præceptum in Evangelio. Nec oportet ad hoc adducere illud Matth. 16. Tibi dabo Claves regni Cælorum, quia non est nisi promissio de donone futura. Si autem aliquid in Evangelio valet ad hoc, videtur illud Ioan. 20. Accipite Spiritum sanctum quorum remiseritis peccata &c.

Sed numquid illud valet apud Scotum? Patebit ex his, quæ subjicio, & latius ex ipso transcribo. Sic discurrens Doctor: Ex hoc (loco Joannis) arguitur uno modo sic: Hic data est potestas Apostolis, & in eis omnibus Sacerdotibus, remittendis peccata; non principaliter: quia hoc est proprium Dei: ergo ministerialiter & arbitrative, sed non possunt arbitrari in causa ignota; ergo est eis manifestanda causa, in qua debent arbitrari. Hac manifestatio est Confessio; ergo ex ista collatione potestatis arbitraria Sacerdotibus in causa peccati,

peccati, obligatur peccator ad accusandum se eis tamquam arbitris, quod est confiteri.

Atque hoc eodem modo arguunt Patres Concilii Trid. sess. 14. c. 5. Ex institutione Sacramenti Pœnitentiæ iam explicatâ, univèrsa Ecclesiâ semper intellexit, institutam etiam esse à Domino integram peccatorum Confessionem, & omnibus post Baptismum lapsis iure divino necessariam existere: quia Dominus noster Iesus Christus è terris adscendens ad Calos, Sacerdotes sui ipsius Vicarios relegendos tanquam presules & iudices; ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in qua Christi fideles cœciter, quo pro peccatis Clavium remissionis aut retentionis peccatorum sententiam pronunciant. Constituta enim Sacerdotes iudicium hoc, incognitâ causâ, exercere non potuisse.

Verùm contra hunc modum arguendi obicit sibi Scotus: Si dicatur, quod ratio bene concludit, quod Sacramentum Pœnitentiæ est institutum à Christo tanquam utile & efficax: non tamen sequitur ex hoc quod sit necessario recipiendum ut cadens sub præcepto; quia Extrema Unctio est instituta à Christo, & Confirmationis Sacramentum, ut dictum est supra, & tamen neutrum est simpliciter necessarium, nec est præceptum de isto vel illo recipiendi: & tunc ad formam arguendi; sunt arbitri in causa peccati; ergo alii debent se ipsis accusare.

Verum est, illi, qui volunt se eorum arbitria submittere, & si submittant, ipsi habent bene potestatem arbitrandi: sed non sequitur; ergo alii necessitate præcepti tenentur se submittere eorum arbitrio. Exemplum, quatuor sunt Sacerdotes, quorum quilibet habet auctoritatem absolvendi istum peccatorem, quilibet est completè arbiter eius quantum ad potestatem: non tamen tenentur se submittere cuilibet, sed uni tantum: cui voluerit.

Et hoc confirmatur per hoc, quod Christus subicit: Et quorum retinueritis, retenta sunt. Illius verbum non est præsumptum; non solum enim illa peccata retenta sunt à Deo peccatori ad penam, que retenta sunt à Sacerdote, quia Sacerdos non tenet aliqua nisi aliquo modo sibi accusata, licet solum indebitis Pœnitentiæ; & tamen illa, que modo modo sunt ostensa Sacerdoti, Deus retinet ad vultum gehenna: ergo nec istud verbum; Quorum remiseritis, remittuntur, erit præsumptum. Unde neutri affirmativum adiunxit negativam devotionem remissionem factam ab Apostolis, vel retentionem esse præciam respectu retentionis, vel remissionis à Deo faciendæ; quasi nulla peccata remitterentur à Deo, nisi prius remissa per Sacerdotem, aut retinerentur à Deo, nisi prius retinerentur à Sacerdote.

Sed numquid hic finis discursus Subtilis Scoti? Nequaquam. Licet, inquit ille, hæc responsio videatur nullum probabilem, excludendo rationem præcepti ab isto verbo Ioan. 20. Quorum remiseritis &c. tamen excludendo eam, ostenditur propositum dupliciter. Primum sic: Nulli committitur potestas iudicaria vel arbitraria, nisi alicui imponatur necessitas submittendi se sibi, sed Sacerdoti

per te committitur huiusmodi potestas in causa peccati: ergo alicui rei imponitur necessitas submittendi se arbitrio eius. Maior probatur; quia nullus est iudex alicuius, in cuius scilicet iudicandi voluntate est iudicari ab isto iudice, vel non iudicari; tunc enim iste nullam auctoritatem iudicandi haberet, si iste posset iudicari si voluerit & non iudicari, si noluerit: ad quod enim est potestas iudicaria apud aliquem, nisi ut ius dicitur in illum, qui tenetur parere iuri? Tantummodo enim iudicare per modum punitionis, si tu velis, non est iudicare.

Sed nec istud cogit. Concedo enim, quod iste arbiter non tantum habet ut possit dicere ius in causa ista: sed ex quo alius submitte se sibi, sua dicitatio legat, vel solvit istum, non sic autem dicitatio alicuius scientis ius, & non habentis potestatem iudicariam.

Alius ergo arguo sic: Quicumque primam gratiam amisit, tenetur de necessitate præcepti, & hoc illius: Diliges Dominum Deum tuum &c. agere quantum in se est ad eius recuperationem, & etiam virtute illius præcepti: Diliges teipsum: sed iste peccator in peccato mortali amisit primam gratiam, & potest eam recuperare, suscipiendo Sacramentum Pœnitentiæ ab illo arbitro, quia hoc est institutum, ut remedium efficax ad recipiendam primam gratiam, ex illo verbo Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata &c. & sic concluditur necessitas præcepti Confessionis, non ex isto verbo tantum; Quorum remiseritis &c. sed ex isto, & illo præcepto: Diliges Dominum Deum tuum &c. simul iuncto.

Si dixeris, quod Major est veta, quod tenetur ad aliquam viam, per quam possit recuperare, sed non ad istam determinatè, si alia sit possibilis: nunc autem, licet suscipere Sacramentum Pœnitentiæ sit via utilis, tamen esse etiam alia utilis; quia non probatur istam esse præciam ad illam recuperandam.

Contra hoc, inquit Scotus, nulla alia est ita facilis, & ita certa: hic enim non oportet, nisi non ponere obicem ad gratiam, quod multo minus est, quam habere aliquam Attritionem, qua per modum meriti de congruo sufficiat ad iustificationem, ut dictum est supra dist. 14.

Potest etiam aliquis esse magis certus, quod non ponat obicem, quam quod habeat Attritionem sufficientem quasi per modum meriti de congruo; quia probabiliter potest scire, se tunc non peccare actualiter peccato interiori vel exteriori, & intendere recipere, quod Ecclesiâ intendit in illo Sacramento conferre (& habere aliquam displicentiâ de peccatis, & propositum cavendi de cætero) non sic potest scire se habere Attritionem, sufficientem ut meritum de congruo ad iustificationem.

Tunc hanc Maiorem accipio, ubi est via facilior, id est, magis, in potestate hominis, & certior ad gratiam recuperandam, tenetur quilibet ad illam viam, ita quod non omittat illâ attentè aliam difficiliorem & incertioram (saltem in periculo mortis) quia tunc exponeret se periculo salutis suæ. Sed illa via suscipiendâ Sacramentum Pœnitentiæ est

116. Aliud argumentum Scoti de sumptum ex præcepto charitatis Dei & suscipienda.

117. Objectio.

Responsio Scoti.

Curve... peccata... dicit... ibi... velle... con... di... Gr... di... tud... lebra... pr... ris... dim... m... est... nom... ip... 4... man... 116... Quin... incipit... à Deo... pecc... medica... Jac... ans... nod... onfessio... neque... rellat... vovo... 117... et quod... Sed tunc... angelus... n veni... na Apo... bris... tenen... rum ex... Matth... o, quid... autem... ur illud... rum re... totum? 117... ex ipso... loco... est po... ue, re... hoc est... rative... ergo est... rari... a colla... causâ... peccati...

magis possibilis homini, & certior ad primam gratiam recuperandam: ergo ex illo, unde istud habet efficaciam (id est, ex Institutione Sacramenti Pœnitentiæ Ioan. 20.) & ex illo præcepto Dilectionis Dei & sui ipsius, tenetur quis ad istam. Ecce quomodo Scotus sollicitus sit ostendere necessitatem Sacramenti Pœnitentiæ immediate ex verbis Scripturæ, absque recurso ad traditionem Ecclesiæ, aut Patrum consentum.

118. Præceptum de Confessione est valde rationale pro multitudine Scetus.

Quia tamen non potest sibiipsi undequaque satisfacere, quin semper remaneat aliquis scrupulus, hinc consequenter addit: *Ista ratio si concludat præceptum de Confessione haberi ex Evangelio ex illo verbo: Quorum remisistis peccata &c. & illa: Diliges Dominum &c. bene quidem. Sin autem, saltem hoc concludit, quod præceptum de Confessione faciendâ est valde rationale pro multitudine; quia etsi aliqua persona possit habere aliquod remedium speciale, tamen de isto remedio, quod communitati est possibilis & certius rationabiliter datur præceptum, etiam omnibus in communitate, ut dictum est supra de Bapismo, quod licet aliquis habeat Bapismum Fluminis sine Bapismo Fluminis: tamen quia Bapismus Fluminis est remedium facile & certum, præceptum de hoc pro tota communitate est valde rationale, & ita ad minus habeo quod rationabiliter fuisse datum præceptum generaliter de Confessione faciendâ.*

119. An præceptum Confessionis habeatur ex verbis Apostoli, puta Iac. 5.

Verum enim verò cum oppidò diversa sint, rationabiliter fuisse datum præceptum, & fuit datum præceptum, quærit Scotus ulterius, an si per rationes positas non probetur fuisse datum ex verbis Evangelii 3 an, inquam, dicendum, quod illud præceptum habeatur ex verbis alicujus Apostoli.

Negat Scotus vel Iac. dedisse præceptum,

Sunt qui affirmant de illo verbo Iac. 5. v. 16. *Confitemini alterutrum peccata &c. Sed nec per hoc videtur mihi (inquit Doctor supra n. 15.) quod Iacobus præceptum hoc dedit, nec præceptum à Christo promulgavit. Primum non: unde enim sibi auctoritas obligandi totam Ecclesiam, cum esset Episcopus Ecclesiæ Ierosolymitanae? nisi dicas illam Ecclesiam in principio fuisse principalem, & per consequens eius Episcopum principalem Patriarcham: quod non concederent Romani, nec quoddam illa auctoritas proprie pro tempore illo erat sibi subtrahita.*

120. vel etiam promulgasse. I. Cor. 7.

Nec secundum videtur, quia Apostoli publicantes præceptum in scripturis suis utebantur modo loquendi, per quem potuit innotescere, quod erant præcones Christi: ut patet per illud Pauli 1. ad Cor. 7. ubi quando vult publicare illud præceptum Domini de non admittenda uxore, dicit: Præcipio non ego, sed Dominus &c. Quando autem vult facere propriam persuasionem, dicit de cohabitatione vini conversi ad fidem cum sua uxore infideli, vel è converso (quia hoc, licet sit sine contumelia Christi, non tamen est necessarium) Dico ego, non Dominus: alioquin non posset Ecclesia constare, quod ipse ut præcipiaret præceptum, nisi ex præcedentibus, vel

subsequentibus manseraret sese in illa publicacione præconem.

Deinde probat utrumque membrum simul per illa verba annexa: *Et orate pro invicem, ut salvemini. Nam dicendo: Confitemini alterutrum non magis dicit Confessionem faciendam esse Sacerdoti, quam alicui; subdit enim: Et orate pro invicem, ut salvemini. Vbi nullas dicit ipsam instituisse, nec promulgasse præceptum divinum, sed intellectum eius est sicut in illo verbo: Confitemini alterutrum, persuasio ad humilitatem, ut scilicet generaliter nos confiteamur apud proximos peccatores iuxta illud, Si dixerimus, quia peccatum non habemus nosmetipsos seducimus &c. Ità per secundum persuadet ad charitatem fraternam, ut scilicet per charitatem fraternam subveniamus nobis invicem. Apparet ergo istud (puta præceptum Confessionis) non esse de iure divino promulgatum per Scripturam apostolicam.*

His ita pro utraque parte disputatis, & omnibus rationibus hinc inde mature expensis, tandem resolvit Doctor n. 17. dicens: *vel igitur tenendum est primum membrum, scilicet quod sit de iure divino promulgatum per Evangelium, ut in secundo vel tertio membro est declaratum: vel illud non sufficiat, dicendum est tertium, scilicet quod est de iure divino positivo, promulgatum à Christo Apostolis, sed Ecclesiæ promulgatum per Apostolos absque omni scriptura, sicut multa alia tenent Ecclesiæ creatus per Apostolos sibi promulgata sine scriptura, cuius fundamentum est illud Ioan. 20. Multa quidè & alia signa fecit Iesus &c. & habetur expresse extra de Celeb. Miss. Cum Martini ibi: Sane multatam de verbis, quam de factis dominici invenimus ab Evangelistis omisissis, quæ Apostoli vel supplerisse verbo, vel factis expressisse leguntur.*

Quid vobis videtur de Scoto? Num quoniam subtilius potuisset investigare veritatem communem, necessitatem, dico, Sacramenti Pœnitentiæ? Putas opponitur universæ Ecclesiæ, quæ ex institutione Sacramenti Pœnitentiæ, ut docet Concil. Trident. sess. 14. c. 5. semper intellexit integram peccatorum Confessionem, omnibus post Bapismum lapsis iure divino necessariam existere? Noli putare. Non negat utique intellectum universæ Ecclesiæ, quamvis existimet ipsum non esse evidentem præcisè ex vi verborum Ioan. 20. quasi verba illa necessariò debeant sic intelligi Interim Ecclesiæ edocita, ut creditur, à Spiritu sancto, videtur verba illa sic intellectus, ut non tantum utilitatem, sed etiam necessitatem significant hujus Sacramenti, quamvis non desint SS. Patres, qui primo aspectu videri possent illam necessitatem ignorasse.

Atque in primis D. Chrylost. Tom. 11. Hom. 2. in Psalm. 50. sic ait: *Peccata tua dicit, ut deleas illa, si confunderis alicui dices quia peccasti, dicitio ei quotidie in anima, non dico ut confitearis confertorio tuo ut exprobrat, dicitio Deo qui curat ea. Similia habet aliis locis.*

Respon-

Respondendo; intelligendus venit de Confessione publica, aut etiam secreta, quæ fieret cum periculo exprobrationis: ut patet ex illis verbis: Non dico ut confitearis confesso tuo ut exprobrat.

Nota etiam ly Confesso tuo, non dicit, Sacerdoti, sed, Confesso, per quem intelligi potest quilibet laicus, qui facilis peccata sibi confessa exprobraret. Unde sepe ait: Non ad ritecurum voo, non testes requiro. Sed, dicitur Deo, qui curat ea, id est, vel Deo immediatè, quando non adest copia Confessoris, cui possis sine notabili damno, peccata tua revelare, vel Sacerdoti, qui vices Dei gerit in hoc Sacramento, quando commodè potes, & inflat præceptum confitendi.

Enimverò licet consultiſſimum sit quotidie examinare conscientiam suam (ad quod examen non semel exhortatur Chryſostomus omnes fideles) statimque exire è statu peccati, saltem per Contritionem charitate perfectam; equidem non semper est necessarium, immo sepe moraliter impossibile illico post peccatum confiteri Sacerdoti; & tunc indubie optimum consilium est, Deo solummodo confiteri peccata per Contritionem charitate perfectam, juxta illud Psalm. 31. v. 5. Dixi, confitebor adversum me iniquitatem meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.

Super quæ verba Cassiodorus: Hic magna patet divinitatis ostenditur, ut ad solam promissionem divinitatis subire peccata laxaverit.

Item S. Augustinus Enarrat. 2. in illum Psalmum: Dixi. Quid dixisti? Non iam pronuntiasti, sed promittit se pronuntiaturum, & ille iam dimittit. Attendite Fratres magna res, dixi pronuntiabo, non dixi, pronuntiavi & tu dimisisti. Dixi pronuntiabo, & tu dimisisti; quia eo ipso quod dixit, pronuntiabo, ostendit quia nondum pronuntiaverat, sed corde pronuntiaverat. Hoc ipsum dicere pronuntiabo, pronuntiare est; ideo & tu remisisti impietatem cordis mei. Confessio verò mea ad os necdum venerat.

Nam ideo Cassiodorus & August. negant necessitatem Confessionis oris? Minime; sed ostendunt absque oris Confessione aliquando obtineri remissionem peccatorum, estò non sine voto Confessionis, sive obligatione postmodum confitendi peccata illa Sacerdoti, ut superius diximus, & notat Scotus supra n. 30. in principio.

Ad auctoritatem, inquit, Augustini & Cassiodori super Psal. 31. Dixi confitebor: dico, quod illa contritio habet propositum seu promissionem Confessionis sequentis: & sic non deletur peccatum sine proposita confitendi, quod patet per suam auctoritatem Cassiodori, ubi subdit, Votum pro opere iudicatur (vel ut habet textus: Quando sic iudicatur pium votum, quemadmodum operationis effectum) quasi diceret, votum vel voluntas confitendi indicatur pro Confessione futura.

Nec tamen sequitur ex hoc, quod sine Confessione futura peccatum deletur quantum ad penam debitam; quia illa Confessio est una poena, & si illa non solvatur hic, si sit tamen voluntas solvendi, solvitur alibi. Si autem mutetur voluntas solvendi illam, iam recidit à vera Poenitentia, & peccat mortaliter, ut dictum est supra de baptizato Baptismo Fluminis, contemneute postea Baptismum Fluminis. Hac ille.

Appositè Concilium Cabil. 2. can. 33. Quidam solummodo Deo confiteri debere dicant peccata, quidam vero Sacerdotibus confitenda esse perscrutant, quod utrumque non sine magno fructu in eandem sit Ecclesiam, ut duntaxat ut & Deo, qui remissor est peccatorum, confiteamur peccata nostra.... & secundum institutionem Apostoli confiteamur alterutrum peccata nostra. Quali diceret, tunc utiliter confitemur peccata solummodo Deo, quando non excluditur Confessio suo tempore faciendâ Sacerdoti.

Ceterum Chryſost. agnovisse necessitatem Confessionis Sacramentalis patet ex Homil. 33. in Joan. ibi: In peccatis que commisimus confiteamur, neminem vereamur; Deum duntaxat, ut decet, formidemus, qui & nunc opera nostra videt, & tunc quos in presentia non poenitet, damnabit. Item libro 2. de Sacerdotio: Quamobrem multà quidem arte opus est, ut qui laborant Christiani, ultra sibi persuadeant, Sacerdotum curationibus sese submixtere oportere.

Et alibi similiter loquitur, puta Homil. 10. super Matth. ibi: Tempus siquidem Confessionis incumbit iis quidem, qui Baptisma consecuti sunt. Aliis quidem ut post patentium criminum vulnera Poenitentia interveniente curentur, & ad sacra mysteria redire mereantur (à quibus nimirum per Episcopum arcebantur, donec debitâ Confessione & satisfactione, seu Poenitentia publicâ præviâ, sinerentur ad sacra mysteria seu Eucharistiam redire) Aliis vero ut eam, quam post lavacrum caeleste conceperunt, maculam diluentes, ad dominicam mensam mundâ iam conscientia securâq. veniant; qui scilicet publica crimina non habebant, ob quæ à Communionem arcebantur, quibus proinde sufficiebat emundatio conscientie per Confessionem & Ablolutionem Sacerdotalem.

Et hoc Chryſost. testimonium (inquit Hesselius in Explicatione Sacramentorum c. 27.) allegavit ante 200. annos Thomas Waldensis Tom. 2. c. 136. scribens contra Wicleffitas, & sedulo admonuit se hic Aniani interpretationem citare, qui floruit circa tempora S. Augustini; ut testatur egregium quoddam Manuscriptum Exemplar Chryſost. in Mathæum Bibliotheca Cartusia Lovaniensis. Hac ille, post pauca subjungens: Cùm cœperunt in Ecclesia iste hæreses (quæ oppugnant Confessionem) in valescere, cœpit & hic locus Chryſostomi mirum in modum viciari &c.

Quan-

publicatio. in simul. vices, ut. ecutrum. Sacerdo. vices, in. iustitias. intellegit. terutur. alter nos. extra illud. habemus. secundam. scilicet per. invicem. confessio. per Scri. et om. expensis. ens: vel. dicit quid. am, ut in. m: vel si. n, scilicet. a Christo. Apostolus. etenet. gata sine. Ioan. 20. & lo. Martine. tis domi. ne Applo. eguntur. um quif. eritatem. cramentis. erle Ec. enti Pe. fell. 14. carorum. um lapsi. Noli pu. univerte. non esse. Ioan. 20. intelligi. ar, à Spi. tellexit. in necessi. quam vis. pectu vi. lle. Tom. 1. ita tua di. dicere qui. ico ut con. o Deo qui. Respon-

Com. Cabil.

127. s. Chryſost. agnovit ne- cessitatem Confessio- nis.

Hesselius

128. Uti etiam D. August.

Quantum ad August. lib. 50. Homil. Homil. 41. sic ait: Non solum post Penitentiam ab istis vitiis se homo servare debet, sed & ante Penitentiam dum sanus est: quia si ad ultimum vita steterit, nescit si ipsam Penitentiam accipere ac Deo & Sacerdoti peccata sua confiteri poterit.

& S. Ambros.

Consonat D. Ambros. lib. 2. de Penitentia c. 6. ibi: Si vis iustificari, satere delictum tuum, solvit enim criminum nexus verecunda Confessio peccatorum. Et cap. 10. ait: An quisquam ferat, ut erubescas Deum rogare, qui non erubescit rogare hominem? Et pudeat te Deum supplicare quem non lates, cum te non pudeat peccata tua homini, quem lateas confiteri?

aliquae Patres, aliquae ad 10. qui ante Innocentium tempora floruerunt. Bellarminus.

Transeo Irenaeos, Tertullianos, Origines, Cyprianos, aliosque usque ad triginta, qui ante Innocentij tempora floruerunt (quorum testimonia videre poteris apud Bellarminum lib. 3. de Penitentia c. 6. & sequentibus, uti etiam testimonia Conciliorum, quae eodem libro c. 5. sigillatim enumerat idem Auctor) & quaero:

129. Quae sit explicatio aliquorum verborum D. Ambrosii.

Quid ergo sibi vult D. Ambrosius super Lucam ad cap. 22. quando ait: Petrus doluit & flevit, quia erravit ut homo. Non invenio quid dixerit: invenio quod flevit: lacrymas eius lego, satisfactionem non lego. Sed quod defendi non potest ablati potest. Item: Lavant lacryma delictum, quod voce pudor est confiteri.

& Cassiani.

Similia invenio apud Cassianum Coll. 20. c. 8. Si verecundia, inquit, retrahente revelare ea coram hominibus erubescis, illi quem latere non possunt, confiteri ea in gravi supplicatione non desinas, ac dicere, quoniam iniquitatem meam ego cognosco.

130. Responso Scoti, ad priora verba D. Ambrosii.

Respondet Scotus supra n. 29. Potest dici quod tempore negationis Petri, Sacramentum Penitentiae non fuit institutum, sed post Resurrectionem; quando Christus dixit Discipulis suis: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis &c. & ideo non tenebatur pro tunc ad Confessionem, nec post institutionem Sacramenti adhuc tenebatur: quia iam ante Resurrectionem per aliud remedium fuit peccatum suum deletum.

Uti nec alii discipuli ad Confessionem in fidelitatis.

Et consimiliter (prosequitur) responderi potest de infidelitate omnium Discipulorum in Passione Christi, quod non tenebatur post ad Confessionem; quia post Resurrectionem paeniterunt ante institutionem Sacramenti Penitentiae, & hoc bene confirmat, quod Confessio non erat de Legenatura neque Moisaica.

131. Objectio ex Trident.

Si inferas; ergo fallum est, quod docet Concilium Trid. sess. 14. c. 5. in principio, integram peccatorum Confessionem omnibus post Baptismum lapsis iure divino necessariam existere.

Solvitur.

Respon. Neg. Conf. loquitur quippe de peccatis non remissis ante institutionem Sacramenti; nam necessitatem colligit ex ipsa institutione: ergo ante institutionem ista peccata remittebantur per Contritionem charita-

te perfectam absque Sacramento voto, quod pro tunc in illa non includebatur, sicuti nec modò includeretur, nisi foret Sacramentum necessarium. Et sic veniunt intelligendi omnes Theologi, qui simpliciter docent, omnia peccata mortalia, post Baptismum commissa, esse materiam necessariam huius Sacramenti.

Responderi etiam posset ad illa verba Ambrosii ipsum loqui de Confessione oris coram Deo, quia Petrus nil Deo seu Christo dixisse, sed tantum flevisse legitur, qui est efficacissimus modus veniam impetrandi, quando cum Deo agitur.

Deinde nil dixit Petrus, quasi volens eandem suam dicere, & se ipsum iustificare, obediendo satisfactionem sui operis; ut significat illa verba: Sed quod defendi non potest, ablati potest.

Alia verba Ambrosii: Lavant lacryma delictum &c. Non sunt, inquit Scotus, sic intelligenda, quod sine Confessione pudorosa in actu vel in habitu lavetur delictum: sed Contritio potest esse tanta, quod in ea etiam ante Confessionem deletum peccatum, quod tamen est ita grave, quod Confessio eius sequens est pudorosa.

Et similiter interpretari licet verba Cassiani, qui loco citato enumerat diversas dispositiones ad remissionem peccatorum impetrandam; inter quas indubiè est contritio, non tamen sine ordine ad Sacramentum suo tempore suscipiendum.

Sed quid dicemus de Nectario Patriarcha Constantinopolitano, qui narratur à Zozomeno abrogasse Confessionem seu ritum confitendi? Respondeo breviter; nihil absolute ablati seu abrogasse, quod erat essentiale Sacramento Penitentiae; sed tantummodo suffulisse Presbyterum Penitentiarium; cuius officium erat omnia omninò publicè penitentium peccata audire; sed quae occulta erant, secreta habebat, quae autem publica erant, licet multis fortasse incognita, ea palam in Ecclesia tanquam in theatro pandebantur, & Penitentia publica pro illis injungebatur. Illum itaque Presbyterum, istam Confessionem publicam, & Penitentiam publicam sustulit Nectarius propter scandalum inde exortum, quod inde verbis narrat Socrates lib. 5. c. 19.

Mulier, inquit, nobilis ad Presbyterum Penitentiarium accedit, peccata, quae post Baptismum commiserat particulatim confitetur. Ecce privatam Confessionem omnium peccatorum. Subiungit Satisfactionem: Presbyter, inquit, Mulieri mandatum, dat, ut ieiunus & continentis precibus se dederet, quo unà cum peccatorum Confessione, dignum Penitentiae ostenderet. Confessione, inquam, publicà; nam sequitur: Mulier longius (quam iunctum erat) in confitendo progressa, alterius culpa seipsam insinuat, docet Diaconum Ecclesiam cum ipsa dormivisse (occasione diuturnioris morae in Ecclesia, quae iuncta fuerat à Presbytero Penitentiarario orationis causa) Ob quod

Ob quod factus hoc modo patefactum, Diaconus ab Eccl[esi]a exco[m]municatus est, tumultus inde in populi multitudi[n]e excitatus &c. Vide Bellarminum lib. 3. de Pœnitentia c. 14.

Igitur de necessitate Sacramenti Pœnitentia in re aut voto, de necessitate Confessione Sacramentalis ex jure divino positivo, non est relictus ambigendi locus. Si autem dubitas, quis sit effectus hujus Sacramenti, propter quem Christus voluit, ipsum esse medium necessarium in re vel voto; Respondeo cum Concilio Tridentino sess. 14. cap. 3. Res & efficaciam pertinet; reconciliatio est cum Deo, quam interdum in vitiis piis, & cum devotione hoc sacramentum suscipientibus conscientia parat serenitas cum vehementi spiritus consolatione consequi solet. Erit itaque

CONCLUSIO IV.

Sacramentum Pœnitentiæ remittit verè & propriè omnia peccata, ritè sibi subiecta, ex integro quoad culpam.

Nolo hic disputare cum hæreticis nostri temporis, de quibus verissimè doctissimèque dixit jam olim Divus Augustinus: Nonne isti palpant in meridie, quasi in media nocte? Et ideo negant omnem veram & propriam remissionem peccatorum, existimantes peccata tantum tegi, & non imputari, etsi reverè permaneant: nolo; inquam, de hac controversia fufius hic disputare; nam spectat ad Tractatum de justificatione secundum se, & error iste manifestissimus in lucem omnium, qui Scripturæ credunt, confitetur, ab his solis videri non potest, quibus oculi fumo contentionis excoecati sunt, & micam studium est, alios ex videntibus cæcos facere.

Nonne passim in Epistolis Pauli tribuitur hominibus simpliciter justitia? Et quæ necessitas intelligendi justitiam solum imputativam? Nonne passim Scripturæ dicunt, peccata dimitti, deleri, tolli, hominemque ad iis mundari, & super nivem dealbari? Nonne in Scriptura homines, quibus remittuntur peccata, appellantur filii & amici Dei, sancti & immaculati? Quæ omnia verè & propriè dici non possunt, si macula peccati remaneat, quæ non potest tegi oculis Dei cuncta cognoscentis; adeoque necessariò & ipsa, & homo propter ipsam odio sunt Deo juxta

illud Sap. 14. v. 9. Odio sunt Deo impius, & impietas eius.

Quod probè intelligens Propheta Regius, Pla. 31. v. 1. inquit: Beatorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Remissionem præmitit, ut scires, de qua tectione peccatorum loquatur; scilicet, de vera illorum curatione & abolitione, & quidem tam perfecta, ut nec vestigium cujusquam remaneat, prout graphicè expressit S. Chryostomus Homil. 80. ad populum Antiochepum ibi: Si namque vel infinita quis habens vulnera Pœnitentiam egerit, sic ea Deus delet, ut neque cicatricem, neque vestigium, neque peccatorum ostendat indicium.

Hinc Sanctus Augustinus Enariat. 2. in Psal. 31. ad illum versum: Nec sic intelligatis quod dixit, peccata cooperta sunt, quasi ibi sint & vivant. Ergo secundum Doctorem sanctum, sic Deus tegit peccata, ut ibi amplius non sint. Et hinc sequitur in prefato Psalmo: Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum; quia scilicet amplius non est si enim esset, Dominus necessariò imputaret.

Apposuit Justinus Martyr in Dialogo cum Tryphone adversus Iudæos in fine: Beatus est cui Dominus peccatum non imputavit. Hoc autem significat, eum, quem scelerum suorum penituerit, peccatorum veniam atque remissionem accepisse à Deo: non ut vestimetipos salvis, aliis. Nonnulli vobis similes, qui ex hoc concludunt, si peccatores sint, dummodo Dei notionem habeant, Dominum sibi peccata non esse imputaturum.

Merito igitur Concilium Tridentinum sess. 5. in Decreto de Peccato originali can. 5. Si quis per Iesu Christi Domini nostri gratiam, quæ in Baptismate confertur reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam asserit non tolli totum id, quod veram & propriam peccati rationem habet, sed illud dicit tantum radi, aut non imputari; anathema sit.

Et consimiliter dicere potuisset: Si quis per Iesu Christi Domini nostri gratiam, quæ in Sacramento Pœnitentiæ confertur, reatum actualis peccati remitti negat, aut etiam asserit non tolli totum id, quod veram & propriam peccati rationem habet, sed illud dicit tantum radi, aut non imputari; anathema sit.

Hoc itaque errore expulso, concertatio nobis est cum nonnullis Doctores alioquin Catholicis, qui ita diminuunt effectum seu efficaciam, & vim hujus Sacramenti, ut soli Deo tribuant remissionem peccatorum quoad culpam, Sacramento autem remissionem pœnæ, Aliqui æternæ, Alii temporali tantum. Sunt etiam qui existimant, Absolutionem liberare dumtaxat ab obligatione confitendi. Denique inveniuntur, qui censent, illa verba: Absolve te, non aliud significare, quam

137. Specialiter expenditur ver. 1. Psalm. 31.

S. Chryostomus

S. Augustinus

S. Justinus Martyr

138.

Doctrina Conc. Trid. de remissione peccati originalis per Baptismum.

139. Vana scilicet tenent circa efficaciam hujus Sacramenti.

quod
uti nec
entum
di om
omnia
missa,
nti,
a Am
ris co
Christo
qui est
strandi,
ens cau
dando
nt illa
estefi,
ma deli
telligem
el in h
le tant
pœni
epio em
Celsus
dispo
n impe
tio, non
uo tem
atriarcha
à Zoza
um com
abfultu
ramento
isse Prel
um erit
peccata
ta habe
ta multis
fia tam
onitenti
m itaque
blicitam
eclarus
ad hifce
um Pœni
aptissim
privatam
Subjunc
d, Mulier
s precibus
fione, apud
one, in
longius
progriffo,
Diacomm
turtutio
fuerat à
is caudo)
Ob quod

quam, ostendo & declaro te absolutum per contritionem.

Sententia Mag. Ioh. Deum dimittere peccata.

Ut autem ab ultimis incipiamus; Magister Sentent. 4. dist. 18. sic inquit: Hoc sane dicitur ac sentire possimus, quod solus Deus dimittit peccata & reinet; & tamen Ecclesia contulit potestatem ligandi & solvendi; sed aliter ipse solvit vel ligat, aliter Ecclesia. Ipse enim per se tantum dimittit peccatum, quia & animam mundat ab interiori macula, & a debito eterna mortis solvit. Non autem hoc Sacerdotibus concessit, quibus tamen tribuit potestatem solvendi & ligandi, id est, ostendendi homines ligatos vel solutos.

140. Probat ut exemplo leprosi Luc. 5.

Quod probat per illud de leproso prius sanato, quam ad Sacerdotem misso Luc. 5. v. 13. & 14 Et extendens (Iesus) manum tergit eum, dicens: Volo Mundare. Et confestim lepra discessit ab illo. Et ipse precepit illi ut nemini diceret, sed, Vade, ostende te Sacerdoti, & offer pro emundatione tua, sicut precepit Moyses in testimonio illis.

Item Levari Joan. 11.

Similiter de Lazaro prius suscitato, quam Discipulis ad solvendum tradito Joan. 11. v. 43. & 44. Hac cum dixisset, voce magna clamavit (Iesus) Lazare veni foras. Et statim prodit, qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus infusus, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis (Discipulis) Iesus: solve eum & mitte abire.

& auctoritate D. Hieronymi.

Item per Hieronymum super illud Matthei 16. v. 19. Tibi dabo claves: In Leviticis, inquit, se ostendere Sacerdotibus iubentur Leprosi, quos illi non faciunt leprosos vel mundos: sed discernunt qui mundi vel immundi sunt. Ex quo arguit Magister & dicit: In remittendis vel retinendis culpis, id iuris & officii habent Evangelici Sacerdotes, quod olim habebant sub Lege Legales in curandis leprosis.

141. Hanc sententiam tenet et Doct. Subt. quia tunc hoc Sacramentum non esset sacramentum novae Legis.

Hanc sententiam non placet Doctori Subtili: Quia tunc, inquit 4. distinct. 19. q. 1. n. 23. Sacramentum Penitentiae non esset Sacramentum novae Legis, nec aliquam causalitatem vel dispositionem haberet causalem ad primam gratiam: quia nunquam digne susciperetur nisi ab habente iam primam gratiam: nullus enim ostenditur digne solvitur a Deo, nisi prius sit solutus.

Item quia susceptio huius Sacramenti est instrumentum ad gratiam.

Item; susceptio istius Sacramenti est instrumentum ad gratiam, hoc est, dispositio efficax necessaria ex statuto divino ad gratiae susceptionem: instrumentum autem, vel dispositio prava, non est signum rememorativum, sive ostensivum alicuius, ut iam praeteriti, sed futuri, ergo collatio Sacramenti Penitentiae ad hoc ut fiat digne, non oportet ut sit signum Absolutionis divinae praecedentis. Haec ille.

142. Sacramentum Penitentiae potest digne recipi ad attritionem, quae non sufficit per modum meriti ad iustificationem suscipiendam in termino Attritionis.

Ideoque concedit, Quod Sacramentum Penitentiae potest digne recipi ad attritionem, & hoc tantum Attritionem, quae non sufficit per modum meriti ad iustificationem suscipiendam in termino Attritionis, & si non sicut recipiatur, in termino recipitur gratia prima, quia a Deo confertur, & in Absolutionis sequenti in ultimo instanti ipsius, sicut prolatio verborum est signum consecrationis Corporis Christi.

Et secundum hoc patet, quomodo Sacramentum hoc, est instrumentum ad gratiam primam, sicut dispositio prava eo modo, quo alteratio potest dici instrumentum respectu generationis substantiae, quae dispositio prava.

Alloquin, ut ait distinct. 14. q. 4. nu. 7. non appareret, quomodo Sacramentum Penitentiae esset secunda tabula, si nunquam per ipsam, ut Sacramentum est, posset recuperari secunda gratia amissa, sed tantum per attritionem tantquam per pravam dispositionem, & per contritionem, tantquam per dispositionem completivam. Siquidem nunquam liberaret naufragum a periculo submerisionis, utpote qui iam periculum evasisset per Contritionem ante susceptionem Sacramenti. Vide Doctorem qu. 4. citata, ubi diffusius declarat hanc veritatem.

Non igitur est simile de Sacerdote Legali respectu lepra, & de Evangelico respectu culpae: Quia, inquit Scotus supra dist. 19. nu. 23. ille tantum exercet aliquid, quod est signum rememorativum mundationis lepra, & nihil quod esset signum pronosticum efficacis mundationis sequentis; sed iste exercet actum, qui est signum pronosticum efficacis remissionis sequentis in ultimo instanti, nec tamen neciturus ipse, quia intelligitur Absolutio eius pro illo instanti, pro quo ipse a Deo, & ab Ecclesia est absolutus.

Si dixeris: ergo Sacerdos delet maculam, & poenam mortis aeternae, quod est proprium Deo, secundum illud Luc. 15. Luc. 15. v. 21. Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?

Respondet Doct. nu. 24. Vtrumque scilicet (Sacerdos) sed non facit nisi instrumentaliter, non quidem attingendo eum effectum, nec virtute propria, nec alterius: sed attingendo autem id prius, quod est dispositio necessaria ad illum effectum; necessitans, inquam, ex divina dispositione, & tale agens causans dispositionem necessariam ad terminum, dicitur agens instrumentale, ut est de alterante & generante. Proprium autem est Deo principaliter mandare & remittere illud debitum etiam attingendo (physice) illum effectum: horum autem neutrum convenit Sacerdoti, utpote qui solum moraliter attingit illum effectum, idque ex delegacione & commissione Dei, sicuti procurator ex facultate Domini remittit debitoribus, quod Domino debent.

Nunquam legisti quod ait Psal. 71. v. 18. Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus? Et illud Ecclesi. 31. v. 8. Scripsit & 9.

Et 9. Beatus dicit qui inventus est sine macula &c. Fecit enim mirabilia in vita sua? Dives utique ministerialiter; Deus autem solus principaliter.

Concedo, inquit Scotus supra dist. 14. q. 4. n. 11. quod sacerdos ita dimittit peccatum in Penitentia, sicut in Baptismo, & ita absolvit sicut baptizat: quia utrobique simpliciter verum est, quod ministrat Sacramentum, effectum autem Sacramenti ministerialiter causat, quia aliquid causat, ad quod secundum dispositionem seu potentiam Dei, regulariter sequitur effectus Sacramenti.

Quid ergo ad auctoritatem Divi Hieronymi? Respon. Doctor loco jamjam citato; affirmativa illa vera est; scilicet quod sicut sacerdos legalis ostendebat leprosum mundatum, sic Sacerdos Evangelicus ostendit peccatores iustificatos; sed negativa, scilicet quod non aliter Sacerdos Evangelicus se habeat ad leprosum spirituales, quam Sacerdos legalis ad leprosum corporales, scilicet praeiudicando ostendendo immunditiam hinc inde, falsa est.

Rationem attingit: Quia non dedit Deus in veteri Lege aliquam ceremoniam vel purificationem, cui ministrata à ministro idoneo assistat regulariter ad mundandum lepram corporalem: dedit autem in lege nova aliquod Sacramentum, cui ex pacto regulariter assistit ad mundandum spiritualiter, nisi impediatur obex contraria voluntas.

Simili modo loquitur distinct. 19. n. 24. Auctoritates, inquit, quas Magister adducit pro se, affirmative loquuntur, quod hoc facit; & verum est quod Sacerdos Evangelicus ostendat illum mundatum & solutum pro instanti, pro quo intelligitur sua absolutio: sed non hoc solum; immo sic ostendit; quod illa ostensio est dispositio prava & necessaria ad illud, quod ostenditur; haec est enim excellentia Sacramentorum nova Legis: quod eorum susceptio est sufficiens ad gratiam: illorum autem Legalium, nec susceptio erat dispositio efficax ad mundationem corporalem lepra vel huiusmodi factam.

Est autem simile, si loqueremur de Sacerdote Legalis, purificante aliquem per aquam asperersionis ab aliqua irregularitate, contracta in lege ex contractu lepra vel huiusmodi: tunc enim Sacerdos ille exerceret quemdam actum, qui esset signum efficax reconciliationis huius irregularitatis & mundationis illius poluti, in cuius mundationis actu vel termino, sequeretur effectus signatus, scilicet quod iste esset dignus communicare cum ceteris Synagoga. Et haec quidem satis clarè & exactè ad exemplum de Leproso.

Sed quid ad simile de Lazaro, qui prius fuit suscitatus, quam solutus à vinculis? Respondet Scotus supra distinct. 14. q. 4. n. 10. Reus obligatur debito poena aeterna, quo vinculo solutus, obligandus est ad poenam temporalem. Prius autem suscitatur, quam obligatio pri-

ma mutetur in secundam, vel, quod verius est, prius suscitatur, quam solvatur à secunda obligatione. Et hoc modo ad Sacerdotes pertinet solvere non simpliciter, sed pro parte poena, quam possunt relaxare virtute Clavium.... Et sic Lazarus vivificatus à Christo, id est, peccator à morte culpa per gratiam resuscitatus, & solutus à carcere sepulchri, id est, peccator solutus à debito poena inferni; relinquatur Discipulis solvendus ab iustis, id est, à Peni temporalibus, in quas commutatur poena aeterna, quas poenas temporales potest Sacerdos relaxare clave non errante. Haec ille.

Sed non adeo clarè: nam videtur Sacerdotibus tribuere solam potestatem relaxandi poenas temporales; cum tamen eodem numero concedat ipsis potestatem remittendi peccata, & consequenter commutandi poenam aeternam in temporalem, quod sic ostendo.

Querit Scotus, Virum per Sacramentum Penitentiae deleatur culpa? Et pro parte negativa adducit verba Divi Augustini super illud Joan. 11. de suscitatione Lazari: Nemo potest consistere nisi suscitatus (si tamen verba Divi Augustini sint, quia Tract. 49. in Joan. ubi de suscitatione Lazari illa non invenio) Respondet autem n. 9. Quod duplex est Confessio, laudis & fraudis (id est, peccati) Confessione laudis nullus dignè consistitur, nisi prius suscitatus, quia secundum Hieronymum in illa Epistola, Cogit me, Non est speciosa laus in ore peccatoris, sed Confessio fraudis accepta est Deo in ore peccatoris, hoc est, eius qui adhuc est peccator; eo modo quo expositum est in prima quaestione istius dist. peccatum manere post actum, dum tamen non sit peccator in voto seu actu interiore (id est, proposito peccandi) vel exteriori.

Concedo ergo, quod ante perceptionem dignam Penitentiae, oportet suscitari vel simpliciter, & tunc per Penitentiae Sacramentum non deletur peccatum, sed gratia que insit augetur, vel suscitari secundum quid, scilicet ut habeat aliquam displicentiam de peccato, & propositum cavendi de cetero, & velit suscipere Sacramentum Penitentiae, in quo Atritio sit Contritio, & tunc suscitatur simpliciter per Sacramentum, per consequens ministerialiter per Sacerdotem, qui ministrat Sacramentum.

Quando ergo immediate post, videtur tribuere remissionem culpae & poenae aeternae soli Christo, necessario intelligendus venit de causa principali & physica. Indubie de facto non remittitur peccatum mortale, & consequenter non mutatur poena aeterna in temporalem, absque infusione gratiae sanctificantis, quae est propria Deo, secundum illud Trid. sess. 6. cap. 7. Efficiens (causa justificationis) misericors Deus &c. adeoque verisimè doctissimèque Scotus resuscitationem peccatoris à

que non est facta clara;

149. unde clucifera datur ex ipso Scoto, Duplex est Confessio laudis & fraudis.

Ante peccatum dicitur gratiam Penitentiae oportet suscitari vel simpliciter, vel secundum quid, scilicet ut habeat aliquam displicentiam de peccato, & propositum cavendi de cetero, & velit suscipere Sacramentum Penitentiae, in quo Atritio sit Contritio, & tunc suscitatur simpliciter per Sacramentum, per consequens ministerialiter per Sacerdotem, qui ministrat Sacramentum.

150. Quare Scotus supra ponit tribuere remissionem poenae temporalis sacerdotibus, quam remissionem cuique.



morte culpæ, & solutionem peccatoris à debito pœnæ inferni, specialiter tribuit Christo; solutionem autem à pœnis temporalibus concedit Sacerdoti, quia ad hanc non requiritur infusio gratiæ sanctificantis, ut patet in concessione & Incratone Indulgentiarum.

Proinde sicuti simpliciter & ad solutè dicitur Pontifex concedere Indulgentias, per consequens solvere seu relaxare pœnas temporales, etsi id faciat auctoritate sibi à Deo concessâ (veluti etiam dispensat in votis) sic quoque Sacerdos sacramentaliter absolvens, potius dicitur relaxare seu solvere pœnas temporales, quàm solvere à debito pœnæ aeternæ; quia ad hanc solutionem, præter potestatem à Deo concessam, requiritur specialis & propria actio Dei, scilicet infusio gratiæ; ad illam autem nihil præter concessionem potestatis. Ut omittam sæpe contingere, quòd per Sacramentum Pœnitentiæ non deleatur peccatum mortale, rarissimè autem quòd non relaxetur pœna temporalis.

Pontifex simpliciter & absolute dicitur concedere Indulgentias, tamen etsi id faciat auctoritate à Deo sibi concessâ,

157. Exemplum Lazari non per omnia debet esse simile.

In quo consistat similitudo,

158. declaratur ex doctrina S. Augustini, Tract. 49. in Joan.

Cæterùm exemplum Lazari non per omnia debet esse simile, cum sensus ille sit allegoricus; sed factis est, quòd sicut ibi ab Apostolis verè fuit solutus Lazarus vinculis suis materialibus, sic à Sacerdote pœnitens verè solvatur vinculis suis spiritualibus, sive peccatorum, sive pœnarum, hujus, vel alterius vitæ: & veluti Lazarus non fuit solutus nisi priùs resuscitatus, ita quoque à Sacerdote pœnitens nequitam solvatur; nisi priùs resuscitatus, saltem secundùm quid, ut loquitur Scotus supra, id est, nisi priùs vivat, si non vitâ gratiæ habitualis, saltem vitâ gratiæ actualis, quâ dolet de peccatis, & movet se motu vitali, foras exiens per humilem Confessionem, quam vitam indubità solus Deus intus operatur, dum multis existentibus impiorum meritis vocat eos, ut qui per peccata à Deo averfi erant, per ejus excitantem & adjuvantem gratiam ad convertendum se ad suam ipsorum justificationem, eidem gratiæ, liberè assentiendo, & cooperando disponantur.

Hæc est doctrina D. Augustini, diversis locis, atque in primis Tract. 49. in Joan. ad illa verba: *Lazare veni foras. Quomodo, inquit, processit ligatis pedibus, miraris, & non miraris, quia surrexit quadriduarius? In utroque potentia Domini erat; non vires mortui. Processit & adhuc ligatus est, adhuc involutus, tamen iam foras processit. Quid significat? Quando contemnis mortuus iaces; & si tanta quantâ dixi contemnis, sepultus iaces: quando confiteris, procedis. Quid est enim procedere nisi ab occultis velut exeundo te manifestare? Sed ut confitearis Deus facit magnâ voce clamando, id est, magnâ gratiâ vocando: ideo cum processisset mortuus adhuc ligatus, consistens, & adhuc reus, ut solverentur peccata eius, ministris hoc dixit Dominus:*

Solvite illum, & finite abire. Quid est, solvite & finite abire? Quæ solveritis in terra, soluta erunt in Cælo.

Confimiliter scribit Serm. 8. de Verb. Domini ibi: *Quisquis male consuetudinis, male vite, terrenarum scilicet cupiditatum mole premitur, ita quòd in illa iam factum sit, quòd in quodam Psalmo miserabiliter dicitur: Dixit stultus in corde suo, non est Deus. Est talis de quali dictum est, A mortuo, velut qui non sit, perit Confessio. Quis eum resuscitabit, nisi qui remoto lapide clamavit dicens: Lazare prodi foras? Quid est autem foras prodire, nisi quòd occultum erat foras prodiret. Quis confiteatur foras prodit: foras prodire non potest nisi viveret (inchoative per gratiam prævententem & adjuvantem ad eliciendum verum dolorem supernaturalem) vivere non potest nisi resuscitatus esset. Ergo in Confessione sui accusatio, Dicitur laudatio est.*

Dicit ergo aliquis; Quid prædest Ecclesia, si iam confessor voce demittit resuscitatus prodit? Quid prædest Ecclesia consistenti, cui Dominus ait: Quæ solveritis in terra, soluta erunt & in Cælo? Ibi sibi objicit Sanctus Doctor, & continuo respondet:

Ipsam Lazarium attende, cum vinculis prodit, iam vivebat consistendo, sed nondum liber ambulabat vinculis irretitus. Quid ergo facit Ecclesia, cui dictum est: Quæ solveritis, soluta erunt, nisi quòd ait Dominus continuo ad Discipulos: Solvite illum & finite abire?

Ecce nomine, vite, intelligit solam Confessionem, quam ante Absolutionem Sacerdotis pœnitens habet à solo Deo, & quæ nisi processerit, nulla est potestas Sacerdotibus solvendi, ut rectè alio loco dixerit Augustinus: *Christus per se inus vivificat, ministris potestatem solvendi post vitam tribuit, qui nullam solvere possunt, nisi vivat, id est, nisi ritè fuerit confessus.*

Et fortè nihil aliud voluit S. Hieron. supra à Magist. allegatus, videlicet potestatem Sacerdotum non esse absolutam, sed certis legibus ligatam, quas observare debent, ut eorum sententia valida sit, absolvendo solùm eos, quos Deus judicat Absolutione dignos, nimirum per debitam Pœnitentiam. Verba ejus genuina sunt, quæ sequuntur: *Istam locum (Quodcumque ligaveris &c. Matth. 16.) Episcopi & Presbyteri non intelligentes, aliquid sibi de Pharisæorum assument supercilio, ut vel damnent innocentes, vel solvere se noxios arbitrentur; cum apud Deum non sententia Sacerdotum, sed reorum vita quærat. Legimus in Levitico de leprosi, ubi iubentur ut ostendant se Sacerdotibus, & si seipram habuerint, tunc à Sacerdote immundus fiant; non quo Sacerdotes leprosus faciant & immundos, sed quo habeant certitiam leprosi, & non leprosi, & quòd possint discernere qui mundus, quæ immundus sit. Quomodo ergo ibi leprosum Sacerdos mundum vel immundum facit, sic & hic alligat vel solvit Episcopus & Presbyteri,*

155. Quomodo... 156. Quomodo... 157. Verba D. Augustini... 158. Declaratur...

byter, non eos qui insones sunt vel noxii, sed pro officio suo cum peccatorum audierit varietates, scilicet qui ligandus sit, quive solvendus, ligandus utique, qui non ritè confitetur, absolvendus verò, qui ritè confitetur.

Ex his haud difficulter cognoscitur, quomodo sit intelligendum, quod ait Gregorius Papa Homil. 26. in Euang. & refertur 11. q. 3. c. 88. *Causa*, inquit, *pensanda sunt*, & tunc ligandi atque solvendi potestas exercenda. Videndum est qua culpa præcessit, & qua sit Pœnitentia facta post culpam: ut quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam visitat, illos Pastoris sententia absolvat. Tunc enim vera est Absolutio Præsentis, cum æterni arbitrii sequitur Iudicis. Et infra: Ex qua consideratione intueendum est, quòd illos nos debemus per pastoralem auctoritatem solvere, quos auctoritas nostrum cognoscimus per suscitantem gratiam visitare, inspirando, veram Pœnitentiam.

Et infra: Veniat itaq; foras mortuus, id est, culpam confiteatur peccator. Vementem verò foras solvant Discipuli (id est, Confessarii à vinculis peccatorum) ut Pastores (id est, Prælati) Ecclesie ei penam debeant amovere (id est, relaxare alias penas externas) quam meruit, qui non erubuit confiteri quod fecit. Verba clara sunt, & ideo non indigent ulteriori interpretatione.

Rogas quid significant hæc verba D. Ambrosii: Verbum Dei dimittit peccata: Sacerdos est Index. Sacerdos quidem suum officium exhibet, & nullus potestatis iura exercet?

Respondeo in primis, me illa verba non reperire in Ambrosio lib. 2. de Cain & Abely, ex quo citatur à Grat. de Pœnitentia dist. 1. c. 51. sed isthæc lego: Remittuntur peccata per Dei verbum, cuius Levites interpres & quidam executor est, remittuntur per officium Sacerdotis, sacrumq; ministerium: quæ potius nostram doctrinam confirmant.

Interim sensus aliorum verborum est: Verbum Dei, id est, Filii Dei, dimittit peccata propria potestate: Sacerdos est Index secundarius vel commissarius: Sacerdos quidem suum officium exhibet solvendo à peccatis, vel ligando, & nullus potestatis iura exercet: id est, nullà suà propria potestate peccata dimittit, sed tantum potestate à Deo sibi delegatâ seu communitâ.

Restant verba D. Chryostomi Homil. 15. in Math. Liberare, inquit ille, à putredine peccatorum, Christi virtus est, ut autem ad illa iterum non revertantur, Apostolorum cura est ac laboris.

Respondeo, loquitur de Apostolis, non ut Sacerdotibus, sive Iudicibus secundariis, qui ex commissione cognoscunt in causa, & ex commissione sententiant, vel pro condemnatione rei, si indignus est, vel pro ejus Absolutione, si dignus sit, sic quippe Apostolorum est, etiam liberare à putredine peccatorum, juxta illud D. Augustini lib. 1. de Serm. Domini in monte c. 6. *Condendens & extinguendus*

putoribus (peccatorum) Apostolicum solum Dominus misit; sed de Apostolis, ut Prædicatoribus & Magistris orbis, qui ut tales non habent ullam potestatem sanandi à peccatis, nisi movendo peccatores suis cohortationibus ad veram peccatorum Confessionem.

Non pro vestra, inquit Chryostomus ibidem, tantummodo salute, sed pro universo orbe vobis certamen erit. Non ad duas quippe urbes aut decem aut viginti, neque ad unam gentem vos mitto, sicut mittebam Prophetas, sed ad omnem terram prorsus ac mare, totumq; mundum & hunc variis criminibus oppressum. Et verò quomodo mittebat Prophetas? Nonne ut abolverent à peccatis? Minime, sed ut populum exhortarentur ad Pœnitentiam virtutem, per quam solam tunc temporis peccata remittebantur. Mittebat Prophetas non ut Iudices, sed ut Prædicatores & Magistros.

Ergo de tali missione Apostolorum hic loquitur Chryostomus, de qua scriptum habes Matth. ult. v. 19. *Euntes ergo docete omnes gentes*; & non de illa, quam significat Christus Ioan. 20. v. 22. & 23. *Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata &c.* quæ frustra fuisse, si tantum per illa verba accepissent potestatem docendi remissionem peccatorum, sive ostendendi quæ peccata forent remissa, & quæ non.

Audiamus Concilium Trident. sess. 14. c. 6. *Quamvis*, inquit, *Absolutio Sacerdotis, alieni beneficii sit dispensatio* (puta ipsius Dei) *tamen non est solum nudum ministerium, vel annunciandi Evangelium, vel declarandi remissa esse peccata; sed ad instar actus iudicialis, quo ab ipso, velut à Iudice, sententia pronunciat: atque ideo non debet pœnitens ad eam de sua ipsius fide blandiri, ut, etiamsi nulla adsit Contritio, aut Sacerdoti animus serio agendi, & verè absolvendi desit; putet tamen se, propter suam solam fidem, verè & coram Deo esse absolutum, nec enim fides sine Pœnitentia remissionem ullam peccatorum præstaret, nec is esset, nisi salutis suæ negligens, qui Sacerdotem ioco se absolventem cognosceret, & non alium serio agentem, sedulo requireret.*

Et contrarium errorem damnat can. 9. hinc verbis: *Si quis dixerit, Absolutionem Sacramentalem Sacerdotis non esse actum iudicalem, sed nudum ministerium pronuncians & declarans remissa esse peccata confitenti; modo tantum credat se esse absolutum, aut Sacerdos non serio, sed ioco absolvat &c. anathema sit.*

Quid clarius dici potest ad refutationem sententiæ Magistri; & confirmationem sententiæ communis, quæ est nostra conclusio? Quamquam existimem præcipuum intentum Concilii fuisse, definire contra Hæreticos, solam fidem absque Pœnitentia seu Contritione neutiquam sufficere ad veram justificationem.

Cæteròquin satis aperte insinuat veritatem, de qua

158. Loquitur Chryostomus de missione Apbl. ad docendum universum orbem.

Matth. ult. Ioan. 20.

159. Absolutio Sacerdotis non est nudum ministerium annunciandi Evangelium vel declarandi remissa esse peccata ex Cont. Trident.

160. de qua



Probat
Conc. Trid.
Conc. Trid.

de qua hic inquirimus; & quæ ulterius probatur ex eodem Concilio & sess. c. 1. ibi: Quo tam insigni factò, & verbis tam perspicuis (puta: Quorum remisisset peccata &c.) potestatem remittendi & retinendi peccata, ad reconciliandos fideles, post Baptismum lapsos, Apostolis & eorum legitimis successoribus fuisse communicatam, universorum Patrum consensus semper intellexit.

Item c. 3. ibi: Sanè verò res & effectus huius Sacramenti, quantum ad eius vim & efficaciam pertinet, reconciliatio est cum Deo. Præterea cap. 5. ait: Dominus noster Iesus Christus &c. Sacerdotes ipsius Vicarios reliquit tamquam Præsides & Iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur &c. quo pro potestate clavium remissionis aut retentionis peccatorum sententiam pronunciant.

161.
& Florentino.

Accedat Concilium Flor. in decreto Eug. §. Quartum Sacramentum est Pœnitentia. ibi: effectus huius Sacramenti est Absolutio a peccatis. Quidni esset, cum verba formæ illam directè significant? Forma huius Sacramenti est, inquit Florentinum ibidem: Ego te absolvo a peccatis tuis &c.

Nulla est ratio improprie intelligendi eius verba.

Et verò quæ ratio improprii intellectus horum verborum? Nonne Pontifex dispensans aut excommunicans, solummodo declarat talem hominem esse dispensatum aut excommunicatum? Constat ex perpetuo usu Ecclesiæ hoc esse falsum. Et Sacerdos imponens pœnitentiæ satisfactionem sacramentalem, putas quòd solum declarat obligationem pœnitentiæ? Cur non similiter asseris Principem, dum fert legem, minimè obligare subditos, sed tantum declarare illos esse obligatos?

162.
Ratio aliorum.

Quia, inquis, constat ante legem nullam esse obligationem, similiter ante impositionem satisfactionis; sæpe autem, immo fortè semper, ut aliqui videntur docuisse, ante Absolutionem Sacerdotis, peccata sunt remissa à Deo. Similiter ante latam excommunicationem planum est, talem hominem non esse excommunicatum, neque ante dispensationem constat, ipsum esse dispensatum.

Rejicitur.

Respondeo; neque ex Scriptura, neque ex SS. Patribus, neque ex Oecumenicis Conciliis, multò minùs ex ratione constat, semper à Deo remitti peccata ante Absolutionem Sacerdotis. Fateor, Contritionem charitate perfectam reconciliare hominem Deo, antequam hoc Sacramentum actu suscipiatur; sed quòd talis Contritio sit necessaria ante susceptionem Sacramenti, nusquam in Scriptura, Patribus, aut Conciliis legitur.

163.
Probat ex Conc. Trid.

Immo contrarium haud obscurè declarat Concilium Trid. sess. 14. c. 4. quando dicit: Etsi Contritionem hanc aliquando Charitate perfectam esse contingat, hominèq. Deo reconciliare &c. Ergo non semper contingit, Contritionem, quæ est quasi materia huius Sacramenti (de illa enim Contritione loquitur Concilium, ut patet ex contextu.) Charitate per-

fectam esse; ergo non semper homo est reconciliatus Deo, antequam Sacramentum hoc actu suscipiatur.

Quomodo autem forma possit esse verè, et reconciliatio præcesserit, dicitur infra, ubi de sensu formæ huius Sacramenti. Pro nunc sufficit, saltem aliquando reconciliationem fieri per Sacramentum. Porro reconciliatio quid aliud significat, quàm remissionem peccatorum quoad culpam?

Alioquin si semper culpa remissa est à Deo, priusquam remittatur per Absolutionem seu sententiam Sacerdotis, quomodo verum erit, quod ait S. Bernardus Serm. 1. in festo Apostolorum Petri & Pauli de S. Petro Qui clavem regni tam singulariter accepit, ut præcedat sententia Petri sententiam Cæli. Similiter loquantur alii SS. Patres, ut videre est apud Valquez hic q. 84. a. 3. dub. 1. n. 8. Unde non dicit Christus: Quodcumque solveris super terram, factum solutum est in Cælis, sed, erit solutum & in Cælis.

Nec obstat, quòd Joannis 20. dicit: Quorum remisistis peccata, remittuntur eis; quia est quodammodo sententia Sacerdotis præcedat sententiam Dei, nihilominus alià ratione, una & eadem est sententia Sacerdotis & Dei; Dei quidem ut causæ principalis, Sacerdotis autem ut Iudicis secundarii seu commissarii, & hęc ratione, una & eadem est remissio Dei & Sacerdotis, quamvis Sacerdos sit formale determinativum actionis communis, id est, Sacerdos seu determinatio Sacerdotis ad actum absolvendi, est causa, quare etiam Deus determinet se ad illam remissionem, quòd nullo modo dici posset, si remissio semper præcederet tempore Absolutionem Sacerdotis.

Enimvero tamen verissimum sit, remissionem verè & coram Deo fore absolutum, ubi nulla adeat Contritio, quæ est vita inchoata pœnitentis, immo nec dignum Absolutione, eadem pœnitentem cum imperfecta Contritione esse dignum Absolutione, & illà mediante dignum gratiæ justificante, quæ est perfecta vita, nullatenus dubito.

Est ergo hoc Sacramentum (communiter appellatum Sacramentum mortuorum) medicina contra primam mortem, id est, mortem animæ in hac vita, adeo ut qui adhibuerit hanc medicinam non lædatur à morte secunda, quæ est æterna damnatio post hanc vitam.

Non demoreris in errore impiorum (inquit Ecclesiasticus cap. 17. v. 26.) ante mortem (secundam) confiteri. A mortuo (morte secunda) quasi nihil perit Confessio (quia in damnatione nulla est vera Confessio) Confiteberis vivens (vitâ corporali) vivus & sanus confiteberis & laudabis Deum, & gloraberis in miserationibus illius, id est, in remissione peccatorum, quæ tibi adveniet per virtutem & Sacramentum Pœnitentiæ, vivificaberis ministerio Sacerdotis absolventis, & non morieris in æternum.

Quare

Quare merito proſcripta fuit à ſummis Pontificibus Pio V. Gregorio XIII. & Urbano VIII. hæc propoſitio : Peccator pœnitens non vivificatur miniſterio Sacerdotis abſolventis, ſed à ſolo Deo, qui Pœnitentiam ſuggerens & inſpirans vivificat eum & reſuſcitatur; miniſterio autem Sacerdotis ſolus reatus tollitur.

Et ecce pervenimus ad ſententiam eorum, qui dicunt, per Sacramentum Pœnitentiæ non culpam, ſed pœnam dumtaxat remitti. Equidem ſi agitur de pœna æterna, hæc ſententia opponitur Concilio Tridentino ſeſſ. 6. c. 14. ubi : Non quidem pro pœna æterna, quæ vel Sacramento, vel Sacramenti voto unâ cum culpa remittitur. Ego vel Sacramentum præter pœnam æternam remittit culpam, vel ſi culpa ante ſuſceptionem Sacramenti remiſſa fuit, etiam remiſſa fuit pœna æterna, adedque non remittitur magis per Sacramentum, quàm ipſa culpa; perinde autem eſt ſive accipias pœnam damni, ſive pœnam ſenſûs, eadem enim utriuſque eſt ratio, nec Tridentinum diſtinguit inter illas, ego nec nos diſtinguamus.

Quòd ſit eadem ratio patet, quia de facto non remittitur peccatum mortale abſque inſuſione gratiæ juſtificantis, per quam homo ex inimico fit amicus & hæres ſecundum ſpem vitæ æternæ; juſ autem ad hæreditatem vitæ æternæ non ſtat cum reatu pœnæ æternæ, ſeu ſenſus ſeu damni, quoniam vita æterna incompoſſibilis eſt cum pœna æterna, maximè damni, quæ eſt privatio fruitionis beatificæ, cum vita æterna ſit ipſa fruitio beatificæ.

Nonne per Contritionem charitate perfectam ante Legem novam remittebatur culpa & pœna æterna, etiam damni? Nam quòd detinebantur in Limbo, non erat propter reatum alicujus pœnæ; necdum abſolutè & perfectè remiſſum, ſed quia nondum erat ſolutum pretium Sanguinis Chriſti, & non erat omnino conveniens, quòd ipſi priùs intrarent ad gloriam, quàm Chriſtus, ex cujus meritis acceperant juſ ad gloriam.

Eſt originalis culpa (inquit Innocentius III. cap. Maiores de Baptiſmo) remittebatur per Circumciſionis myſterium, & damnationis periculum vitabatur, non tamen perveniebatur ad regnum Cælorum, quòd uſque ad mortem Chriſti fuit omnibus obſcurum; ſed per Sacramentum Baptiſmi, Chriſti Sanguine rubricati, culpa remittitur, vitatur periculum, & ad regnum Cælorum etiam pervenitur, cuius januam Chriſti Sanguis fidelibus ſuis miſericorditer referavit.

Referatà itaque janua, quidni per ſolam Contritionem charitate perfectam remittatur culpa, vitetur periculum damnationis, & perveniat ad regnum Cælorum? Ergo Abſolutio Sacramentalis ſubſequens non remittit pœnam æternam damni magis, quàm culpam, quæ meretur talem pœnam, neque referat januam regni Cælorum (ſi ita

placeat loqui) cum illam juxta Innoc. ſuprà Chriſti Sanguis fidelibus ſuis miſericorditer referaverit, non tantùm illis fidelibus, qui Sacramentaliter abſolvuntur, ſed etiam qui baptizantur, ut patet ex textu citato; ut proinde non majori jure Sacerdos abſolveat, quàm Sacerdos baptizans poſſit aut debeat dici referare januam regni Cælorum.

Si dixeris; Contritio charitate perfecta aperit quidem januam regni Cælorum, ſed ſub conditione.

Reſpondeo, gratis id aſſeritur, ſi intelligatur de conditione ſuſpenſiva, quaſi tunc ſolùm aperiatur janua, id eſt, ſecundùm Aliquos, remittatur pœna damni, quando jam ponitur Abſolutio, ubi enim hoc exprimitur vel in Scriptura, vel in SS. Patribus, aut Conciliis?

Et cur non eadem facilitate dicam, ſub ſimili conditione remittere culpam & pœnam æternam ſenſûs? Item non remittere culpam vel pœnam æternam ſenſûs aut damni ante Baptiſmum, niſi ſub conditione, ſi baptizetur? Quid ſi ergo ante Baptiſmum, aut Abſolutionem pœnitens moriatur, num inveniet portam Cæli clauſam, & manebit clauſa, donec baptizetur aut abſolvatur?

Planè, inquis, ſi culpabiliter omiſit Baptiſmum, aut Abſolutionem.

Sed contra; ergo Confeſſio futura non erat conditio ſuſpenſiva remiſſionis, de qua locutus ſui, ſed culpabilis omiſſio Confeſſionis erat conditio, ſub qua reditus eorumdem peccatorum tam quoad culpam, quàm quoad pœnam ſenſûs & damni, qui reditus caret ſufficienti fundamento, ut oſtendimus diſp. 6. ſeçt. 7. concl. 3.

Si ergo Sacramentum Pœnitentiæ remittat pœnam æternam, ſimul remittit culpam; cum unius remiſſio, de facto (quidquid ſit de poſſibili) non ſeparerur à remiſſione alterius; ut latiùs deduximus diſp. 6. ſeçt. 5. concl. 9. Remittere porro peccata, nimis manifeſtè ſignificant verba Scripturæ, SS. Patrum, & Conciliorum, quæ propriè intelligenda ſunt, niſi aliquid obſtet; jam autem peccatum propriè ſignificat culpam, impropriè autem ſolam pœnam æternam vel temporalem.

Ex quo etiam reprobatuſ tertia ſententia, quæ docet, per Abſolutionem Sacerdotis remitti dumtaxat pœnam temporalem, quæ videtur eſſe S. Bonaventuræ 4. diſt. 18. p. 1. a. 2. q. 1. ubi n. 18. ſic ait: Si queratur, utrum poteſtas Clavium ſe extendat ad delendam culpam. Dicendum, quòd bene poteſt ſe extendere per modum deprecantis & imperantis, & illud ſignatum eſt in benedictione Sacerdotum: ſed per modum imperantis non. Quoniam ergo poteſtas ſonat per modum aſſertivi & imperantis ex ſe, hinc eſt, quòd poteſtas Clavium propriè loquendo non ſe extendit ſuprà culpam. Et nu. 19. ad primam objectionem deſum-

169. Objeçtio.

Solvitur.

170. Eyaño. Præcludit.

171. Videtur ſententia D. Bonaventuræ, per abſolutionem nem ſolent remitti pœnam, idque temporalem.

desumptam ex Joan. 20. Dicendum, inquit, quodd vel illud de remissione dicitur, quantum ad ostensionem, vel solum quantum ad penam Quo modo loquendi videtur negare Sacramento Pœnitentiæ efficaciam remissionis peccatorum quoad culpam.

Quod autem remittat penam temporalem, docet ibidem q. 2. n. 24. hisce verbis: Et ideo est tertius modus dicendi, magis consonus rationi & fidei pietati, quod Sacerdos aliquam partem pœne absolvendo dimittit ex vi Clavium. De hoc modo dicam Concl. 6.

172. Sed forte nihil aliud voluit, quâ à Sacerdote non remitti culpam physicè & principaliter.

Nunc quod attinet ad remissionem culpæ, quam Doctor Seraphicus videtur subtrahere potestati Clavium, Nota quod ait Doctor Subtilis 4. dist. 14. q. 4. n. 3. Pœnitentiæ est Absolutio, id est, quædam sententia diffinitiva absolvens reum: non tamen sententia iudicis principalis, sed iudicis secundarii vel commissarii. Potest enim quis ex commissione cognoscere in causa, & ita ex commissione sententiare, vel pro condemnatione rei, si indignus est, vel pro eius Absolutione, si dignus sit.

ut ostenditur ex eius verbis.

Et fortassis nihil aliud voluit D. Bonaventura, ut videtur colligi ex hac particula: Imperantis ex se, & illâ: Propriè loquendo, quasi diceret, Potestas Clavium ex se, & propriè loquendo, non extenditur supra culpam, id est, per imperium sive sententiam Sacerdotis principaliter & physicè non remittitur culpa, sed à solo Deo per infusionem gratiæ sanctificantis.

173. Objectio.

Hinc ad objectionem quartam sequentis tenoris: Communiter conceditur, quod Sacramentum Baptismi delet omnem culpam, sed tamen in hoc non derogatur Divinæ potentiæ in aliquo. Sed majoris virtutis est susceptivus spiritus rationalis, quàm aqua; ergo videtur, quod sine aliquo inconvenienti possit dici, quod Sacerdos virtute Clavium ministerialiter absolvat à culpa.

Responsio D. Bonaventuræ.

Ad hanc, inquam, objectionem, respondet Bonaventura supra q. 1. n. 22. Quod Baptismus delet culpam per gratiam, sed tamen non est illius causa sufficiens (scilicet principalis, nam à Trident. sess. 6. c. 7. vocatur causa instrumentalis justificationis) sed virtus divina. Et Baptismus dicitur peccata remittere ratione rei interioris, quam solus Deus infundit: similiter & Pœnitentiæ Sacramentum peccata remittit ratione rei interioris, quam solus Deus infundit, id est, gratiæ sanctificantis, quam solus Deus physicè efficit; Sacramentum autem moraliter.

Sed potestas Clavis (prosequitur Seraphicus Doctor) dicit potestatem creaturæ rationalis, nec concernit gratiam (scilicet immediatè & physicè) sed quod exterius est (puta ipsum Sacramentum Pœnitentiæ, quod est signum externum, & essentialiter requirit potestatem Clavium, tamquam causam efficientem) quia Clavis est extrinsecus in Sacerdote, & ideo non sic ei

attribuitur (remissio culpæ, sicuti gratiæ sanctificantis) si enim sibi attribueretur mandatum, cum hoc non potest intelligi per modum instrumenti, intelligeretur per modum efficiendi, immediatè propriâ vel alterius virtute, quod non.

Rogas, quomodo ergo potestas Clavium extendat se supra culpam? Respon. cum Doctore Subtili 4. dist. 19. q. 1. n. 24. Non nisi instrumentaliter, non quidem attingendo illum effectum (scilicet remissionem culpæ) nec virtute propriâ, nec alterius: sed attingendo aliquod primum, quod est dispositio necessitatis ad illum effectum, necessitatis, inquam, ex divina pœnitentiæ, & tale agens causans dispositionem necessariam ad remissionem, dicitur agens instrumentale, ut est de alterante & generante. Proprium autem est Deo principaliter mundare, & remittere illud debitum, etiam physicè attingendo illum effectum; horum autem neutrum convenit Sacerdoti. En qualis consonantia inter Doctorem Seraphicum & Doctorem Subtilem.

Ceterum cuiuscumque illa sententia sit, quæ docet virtute Clavium solam pœnam temporalem relaxari, displicet omnino; tum quia peccatum improprie usurpat pro pœna temporali sine urgenti ratione, tum quia pœna temporalis aliis mediis sine infusione gratiæ sufficienter tollitur; ut proinde propter illam solam relaxandam, non oportuerit initiari Sacramentum efficax gratiæ sanctificantis ex opere operato.

Scio, peccatum in Scriptura aliquando significare pœnam temporalem, ut 2. Machab. 12. v. 43. Et factâ collatione, duodecim millia utrachmas misit Ierusalymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium. Et v. ultimo: Sanctis ergo & salubris est cogitatio pro desinitu exantur, ut à peccatis solvantur.

Nec tantum Scriptura, sed etiam Concilium Trident. subinde per causam intelligit effectum, id est, per peccatum pœnam temporalem, quæ est effectus peccati, ut patet sess. 14. c. 8. ibi: Et divinam clementiam decet, ne iudicet nobis absque ulla satisfactione peccata dimittantur, id est, pœnæ temporales, debita peccato. Et infra: Accedit ad hæc, quod dum satisfaciendum patimur pro peccatis, id est, pro pœnis temporalibus.

Hæc, dico, non obstant communi sententiæ; quia ex adjunctis & aliis circumstantiis satis colligitur illa metaphorica significatio, nam post mortem non solvitur quilibet peccatis quoad culpam per oblationem sacrificii; & Concilium Trid. locis allegatis nimis manifestè supponit, Satisfactionem, de qua tractat, neutiquam respicere peccata quoad culpam, quam supponit remissam per Absolutionem, sed tantummodo peccata quoad pœnam temporalem.

Unde can. 13. Si quis dixerit pro peccatis quoad pœnam temporalem minime Deo per Christi merita satisfari

satisfieri pœnis ab eo infliclis, & patienter toleratis, rei à sacerdote inunctis &c. anathema sit. Nunquid aliquando sic explicavit verba illa Joan. 20. Quorum remisistis peccata quoad pœnam temporalem, remittuntur eis? Quare diligenter & nullipia invenies hujusmodi interpretatione.

Cum ergo nulla sit ratio, verba Joan. 20. metaphoricè intelligendi de peccatis quoad pœnam æternam vel temporalem, quæ solùm est effectus peccati, intelligamus ea propriè de peccatis quoad culpam, juxta illud D. August. lib. 3. de doctr. Christ. cap. 11. in principio: Quod perspicue sonat, non est ad aliud referendum quasi figuratè dictum sit.

Quo eodem fundamento evertitur sententia illorum, qui per peccatum intelligunt obligationem confitendi, à qua sola ailerant hominem liberari per Absolutionem Sacerdotis, quasi verò sensus horum verborum: Ego te absolvo à peccatis, sit. Ego te libero ab obligatione confitendi. Et sensus illorum verborum: Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, id est, Quos liberaveritis ab obligatione confitendi, ipsi liberatur. Subtilis interpretatio! Ex qua

Sequitur primò, potestatem à Christo collatam Ecclesiæ, non esse nisi ad ceremoniam quandam extrinsecam absque infusione gratiæ sanctificantis; nam gratia sanctificans solùm est necessaria ad remissionem peccati, quæ censetur facta ante exhibitionem illius ceremoniæ; per quam homo liberatur ab obligatione confitendi. Unde ergo probatur, quòd per illam ceremoniam consecratur gratia sanctificans ex opere operato, per consequens, quòd sit verum Sacramentum?

Quia, inquis, constat sæpius hoc Sacramentum non conferre primam gratiam, sed solùm augmentum gratiæ inexistentis: ergo licet nunquam conferret primam gratiam, propterea non amitteret rationem Sacramenti.

Sed contrà; hoc est quòd queritur: si hæc ceremonia non est necessaria ad remissionem peccati, sed tantum ut pœnitens liberetur ab obligatione confitendi, unde tibi constat, quòd sit instituta ad causandam gratiam? Nam ex eo præcisè colligitur, quòd sit efficax gratiæ, quia est instituta in remissionem peccatorum, quæ de facto non contingit absque infusione gratiæ.

Sequitur secundò ex illa sententia, Absolutionem solius peccati venialis, non esse Sacramentalem, quia per illam non liberatur pœnitens ab obligatione confitendi, cum nulla sit obligatio confitendi peccatum veniale.

Sequitur tertio, Sacramentum Pœnitentiæ non esse magis necessarium ad salutem, quam adimpletio cujuscumque alterius præcepti; nam omnium præceptorum datur votum implicitum in Contritione, & Sacramentum Pœnitentiæ non magis remittit peccata, quam adimpletio cujuscumque alterius præcepti, adeo-

que solùm remanet prohibens salutem, id est, peccatum, quòd aliàs committeret, qui suo tempore nolet Sacramentum illud suscipere. Ergo malè à Conc. Trid. sess. 14. c. 2. dicitur Sacramentum Pœnitentiæ lapsis post Baptismum ad salutem necessarium, at nondum regeneratis ipse Baptismus.

Fateor, per Absolutionem Sacramentalem tollitur obligatio confitendi, sed non aliter quàm per administrationem Baptismi tollitur obligatio suscipiendi Baptismum; nam Absolutio Sacramentalis, ipsa est Sacramentum Pœnitentiæ, cujus susceptio præcipitur: ergo per illam impletur præceptum, & consequenter tollitur obligatio, sicuti per Baptismum, cujus susceptio præcipitur, tollitur obligatio suscipiendi Baptismum, id est, satisficit obligationi suscipiendi Baptismum.

Unde si Deus præcepisset solam Confessionem pœnitentis, æque per illam sine Absolutione sublata fuisset obligatio confitendi, atque jam tollitur per Absolutionem, Quid ergo opus erat instituire formam Absolutionis?

Nunquid præter ipsum Baptismum instituta est forma aliqua verbalis, præcisè ad significandam & tollendam obligationem suscipiendi Baptismum? Clarum est quòd non. Ergo neque in Sacramento Pœnitentiæ institui debuit, nisi propter effectum remissionis peccatorum quoad culpam.

Non dico, ad declarandam aut ostendendam remissionem antea factam per Contritionem; quia Deus illam satis novit ante Absolutionem Sacerdotis: Ecclesia autem per Absolutionem Sacerdotis non potest eam sufficienter cognoscere, ut clarum est, cum sæpius contingat ut defectu dispositionis contentis, neque ante Absolutionem peccata remissa sint, neque per ipsam Absolutionem remittantur; ergo illa ostensio frustranea & inutilis; immo sæpe falsa.

Ut proinde, estò Christus illis verbis Luc. 7. v. 48. Remittuntur tibi peccata, solùm declarasset & affirmasset remissionem peccatorum antea factam, utpote qui optimè noverat dispositionem Mariæ Magdalene, id tamen affirmari non possit de nobis, quibus illa dispositio tantum innotescit per signa externa frequenter ficta.

Ad quid ergo instituta Absolutio? Respondeo ad causandam seu efficiendam moraliter remissionem peccatorum, supposità legitimà dispositione pœnitentis; sicuti institutus est Baptismus ad causandam, seu moraliter efficiendam remissionem peccatorum in subiecto sufficienter disposito.

Unde Julius Papa ait, & refertur 26. q. 6. c. 12.) Si Presbyter Pœnitentiæ morientibus abnegaverit, reus erit animarum. Et Cælestinus Papa Epist. 2. ad Episcopos Galliæ (& ponitur eadem c. 13.) Agnovimus, inquit, Pœnitentiæ morientibus denegari, nec illorum desiderii animi, qui obitus sui tempore hoc animæ suæ cupimus remedio subveniri. Horremus (fateor) tanta impietatis

Conc. Trid.

181.

Non aliter tollitur obligatio confitendi per absolutionem, quam obligatio Baptismi per Baptismum.

182.


Ad quid sit instituta absolutio in hoc Sacramento.

Non ad ostendendam remissionem peccatorum antea factam.

183.

sed ad efficiendam remissionem peccatorum.

Probaturs auctoritate Iulii & Cælestini Pontificum.



aliquem inveniri, ut de Dei bonitate desperet, quasi non possit ad se quovis tempore concurrere succurrere, & periclitantem sub onere peccatorum hominem redimere, quo se expediti desiderat & liberari. Quid hoc, rogo, aliud est, quàm morienti mortem addeere, eiusq; animam suâ crudelitate, ne absoluta esse possit, occidere? Salutem ergo homini adimit, quisquis mortis tempore speratam Pœnitentiã denegavit. Quæ vera non sunt (quod absit) si Absolutio Sacramentalis solummodo ostendat remissionem peccatorum jam factam; itemque, si tantùm se extendat ad remissionem pœnæ temporalis, aut certè liberationem ab obligatione confitendi.

184. Item ex solitudine fidelium in fine vite.

Profectò ipsa sollicitudo fidelium in fine vite de suscipiendo Sacramento Pœnitentiæ, ut sic possint evitare periculum æternæ damnationis, non modicum signum est, per Sacramentum Pœnitentiæ amissam gratiam recuperare, per quam æternæ damnationis periculum evitetur.

Appositè Trident. sess. 6. c. 14. in principio: Qui verò ab accepta iustificatiõnis gratia per peccatum exciderunt, rursus iustificari poterunt, cum, excitante Deo per Pœnitentiæ Sacramentum, merito Christi amissam gratiam recuperare procuraverint.

185. Sacramentum Pœnitentiæ remittit verè & propriè omnia peccata sibi subiecta.

Quibus omnibus maturè expensis, duximus persistendum, & persistimus, neque ullatenus dubitamus, per Sacramentum Pœnitentiæ remitti verè & propriè peccata ritè sibi subiecta quoad culpam, non tantùm hoc, vel illud peccatum, sed profus omnia, cum non sit maior ratio de uno, quàm de alio, ut patet ex dictis disp. 6. sect. 5. concl. 1. idque ex integro, nullam scilicet relinquendo deordinationem moralem, vel saltem venialem.

Aut enim pœnitens est indispositus, & tunc peccatum quoad nihil dimittitur, vel est dispositus, & remittitur tota culpa; nam minister operatur ex potestate Christi, qui dedit hominibus potestatem remittendi peccata totaliter hisce verbis Joan. 20. Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata &c. Vide disp. 6. sect. 5. concl. 4.

186. Differentia inter Sacramentum Pœnitentiæ & virtutem quoad hunc effectum.

Quippe, quæ virtutis Pœnitentiæ (de qua ibi legimus) eadem est ratio Sacramenti Pœnitentiæ, quoad hunc effectum, cum hac sola differentia, quòd Sacramentum remittat peccata ex opere operato, virtus autem ex opere operantis, aut quasi.

Quam particulam addo, quia opus operantis propriè videtur esse meritum condignum, quod suam vim & efficaciam accipit ex persona operante; tale autem meritum non est virtus Pœnitentiæ respectu primæ gratiæ sanctificantis, sed meritum dumtaxat congruum, de quo diximus disp. 6. sect. 5. concl. 7. Vide etiam conclusionem 9. ubi probavimus, per virtutem Pœnitentiæ non remitti de factò peccatum mortale quoad culpam, absque mu-

tatione pœnæ æternæ: & ideo hic concludenter dicimus:

CONCLUSIO V.

Sacramentum Pœnitentiæ unà cum culpa remittit pœnam æternam, eamque in temporalem commutat.

Est expressa doctrina Concilii Trid. sess. 6. c. 14. ubi docet, Christiani hominibus Pœnitentiã post lapsum multò aliam esse à Baptismi, eãq; contineri non modo cessationem à peccatis & eorum detractionem, aut eorum contritum & humilitum, verum etiam eorundem Sacramentalem Confessionem saltem in voto, & suo tempore faciendam, & aeternalem Absolutionem; itemq; satisfactiõnem per unam, eiectionem, orationes, & alia pia spiritualia vite exercitia, non quidem pro pœnæ æternæ, quæ vel Sacramento, vel Sacramento unà cum culpa remittitur, sed pro pœnæ temporalis, quæ, ut sacra littera docet, non tota semper, à Baptismo fit, dimittitur illis, qui gratia Dei, quam acceperunt ingratis Spiritum sanctum contristaverunt, & tempus ei violare non sunt veriti. Ergo secundùm Tridentinam & Catholicam Ecclesiam, Sacramentum Pœnitentiæ unà cum culpa remittit pœnam æternam; sic tamen ut remaneat exsolvenda pœna temporalis.

Et verò quantum ad remissionem pœnæ æternæ, eam de factò semper conjungi remissioni culpæ mortalis omnes fatentur, quòdque sit de possibili; de quo sufficiant dicta disp. 6. sect. 5. concl. 9. quæ hic nolo repetere: ad tantandam nimiam prolixitatem. Porrò pœnæ temporalis, quæ remanet exsolvenda, vel in hoc sæculo, vel in futuro, contradicitur ab Hæreticis nostri temporis. Vide Bellarm. lib. 4. de Pœnit. c. 2.

Catholica veritas definita habetur in Concilio Trident. sess. 6. can. 30. sub hoc tenore verborum: Si quis post receptam iustificatiõnis gratiam cultibet peccatori pœnitentiã ita culpam remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, ut nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exsolvenda, vel in hoc sæculo, vel in futuro in Purgatorio, antequam ad Regnum Calorum aditus pateat possit; anathema sit.

Item sess. 14. can. 12. Si quis dixerit, totam pœnam simul cum culpa remitti à Deo &c. anathema sit. Et can. 15. Si quis dixerit, Confessionem esse, quòd virtute Clavium, subiecta pœnæ æternæ, pœnæ temporalis plerumque exsolvenda remaneat; anathema sit.

Nec deest probatio hujus veritatis ex Scriptura. Imprimis Numer. 14. postquam Deus dimiserat peccatum murmuratiõnis filii Israël, dicens v. 20. Dimisi iuxta verbum tuum, Moysem intelligit qui rogaverat pro dimissione; nihilominus v. 29. & 30. ait: Omnes qui numerati

numerati estis à viginti annis & supra, & murmurastis contra me, non intrabitis terram, super quam levavi manum meam, ut habitare vos facerem, prater Caleb filium Iephone, & Iosue filium Num.

Sed & Moyfi & Aaroni similis poena imposta fuit propter peccatum remissum, nisi dixeris eos in peccato mortali obiisse. Num. 20. v. 12. Dixitq. Dominus ad Moysen & Aaron: quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis me coram filiis Israel non introducat is vos populos in terram, quam dabo eu. Et Deuter. 32. v. 28. & sequentibus:

Locutus est Dominus in eadem die, dicens: Ascende in montem istum Abarim &c. & morere in monte. Quem ascendens iungeris populo tuo, sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor, & appositus populo tuo, quia pravaricatus es contra me in medio filiorum Israel ad aquas contradictionis &c.

Omitto, quod ait Apostolus Hebr. 9. v. 27. Statutum est hominibus semel mori, in poenam utique peccati primi Parentis, indubiè quoad culpam remissi. De qua poena sic Augustinus lib. 13. de Civit. c. 6. in fine: Cum ex hominis primi perpetua à propagine, procul dubio sit mors poena nascentis; tamen si pro pietate iustitiae, pendatur, sit gloria resuscitatus: & cum sit mors peccati retributio, aliquando impetrat, ut nihil retribuatur peccato. Scilicet personali, tui post remissionem ad hoc aliqua poena debetur, sed Martyrio tota deletur, ut patet ex initio capituli 7. sequentis tenoris: Nam quicumque, etiam non percepto regenerationis lavacro, pro Christi Confessione moriuntur: tantum eis valet ad dimittenda peccata, quantum si abluerentur sacro fonte Baptismatis.

Obivium etiam est exemplum Davidis 2. Reg. 13. v. 13. & 14. Et dixit David ad Nathan: Peccavi Domino, Dixitq. Nathan ad David: Dominus quoque transiit peccatum tuum: non morieris. Veritatem quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini, propter verbum hoc, filius qui natus est tibi morte morietur.

Ubi appositè August. lib. 2. i. contra Faustum c. 67. Quid aliud quam cordis eius profunda cernebat spiritus Dei, quando correptus per Prophetam dixit: Peccavi: contituiq. ad hoc unum verbum audire meruit, quod acceperit veniam? Ad quam rem, nisi ad sempiternam salutem? Neque enim pretermissa est in illo, secundum Dei comminationem, flagelli patrum disciplina, ut & confessus in aeternum liberaretur, & afflictus temporaliter probaretur.

Haud verò mediocre fidei robur fuit, aut parvum minus & obediens animi iudicium, cum audisset à Prophetâ, quod sibi Deus ignorasset, & tamen quae fuerat comminatus, consequenter evenissent, non se dicere Prophetâ deceptum esse mendacio, nec murmurare adversus Deum, quasi falsam eius peccatorum indulgentiam pronantaverit. Intellegebat enim vir alitè sanctus, & non contra Deum, sed ad Deum levans animam suam, nisi Dominus esset consentiens penitentiae, propitius, quantum poenarum aeternarum eius essent digna peccata: pro quibus cum temporalibus emendationibus verberaretur (aliàs uretetur) videbat

erga se & manere veniam, & non negligi medicinam. Talem, inquam, medicinam, quae simul foret poenitentia peccati praeteriti. Nam ut graphicè idem S. Doctor Enar. in Pf. 50. ad illa verba: Ecce enim veritatem dilexisti. Id est, impunita peccata eorum, etiam quibus ignoscis, non reliquisti. Veritatem dilexisti, sic misericordiam praevogasti, ut servares & veritatem. Ignoscis consentienti, ignoscis, sed seipsum punienti: ita servatur misericordia & veritas. Misericordia, quia homo liberatur, veritas, quia peccatum punitur.

Sive ergo in hac vita, ubi saepe poenitentia peccati praeteriti est medicina praeservativa futuri, sive in altera vita, ubi poenitentia non habet rationem medicinae, cum absit periculum peccati futuri, ut in Purgatorio, vel deest spes emendationis, veluti in Inferno, equidem iustum & aequum est, ut peccata praeterita non maneant impunita, ne facilitas veniae sit hominibus occasio facilius peccandi.

Sane, inquit Concil. Trid. sess. 14. c. 8. divinae iustitiae ratio exigere videtur, ut aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante Baptismum per ignorantiam deliquerunt, aliter vero, qui semel à peccato & demonis servitute liberati, & accepto Spiritus sancti dono scientes templum Dei violare, & Spiritum sanctum contristare non formidaverint. Et divinam clementiam decet, ne ita nobis absque ulla satisfactione peccata dimittantur, ut occasione accepta peccata leviora putantes, velut iniuri & contumeliosi Spiritui sancto, in graviori labamar, thesaurizantes nobis iram in die ire.

Planè conveniens erat, quòd homo quantum commode fieri potest, satisfaceret Deo pro peccatis; cum ergo per poenam temporalem commode possit satisfacere, haec enim non repugnat premio aeterno, quidni iustissime Deus ordinaverit ut satisfaciat? Prorsus iustissime sic ordinavit, quamquam, ut ostendat divitias bonitatis suae in vasa misericordiae, per gratiam Baptismi ita perfecte deletur omnia peccata, ut eorum non recordetur amplius, vel saltem ad levissimam poenam in futuro saeculo. Et procul dubio idem potuisset facere per gratiam Sacramenti Poenitentiae, sed fecisse nullum exstat indicium, immo non fecisse, videtur exigere ratio divinae iustitiae, & decet divinam clementiam.

Fatemur Christum pro peccatis nostris satisfecisse, juxta illud Trid. sess. 6. c. 7. Meritoria (causa justificationis) dilectissimus Virginitus suus Dominus noster Iesus Christus: qui cum esset inimici propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, sua sanctissimâ Passione in ligno Crucis nobis iustificacionem meruit, & pro nobis Deo Patri satisfecit: sic tamen ut nemo possit esse iustus, nisi cui merita Passionis Domini nostri Iesu Christi communicantur, nemo ceteri possit satisfecisse pro peccatis suis, nisi cui satisfactiones Passionis Domini nostri Iesu Christi applicentur, per bona opera, per Sacramenta, per Indulgentias, & suffragia.

192. Iustum & aequum est ut peccata praeterita non maneant impunita, & quare.

Concil. Trid., divinae iustitiae ratio exigere videtur, ut aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante Baptismum per ignorantiam deliquerunt, aliter vero, qui semel à peccato & demonis servitute liberati, & accepto Spiritus sancti dono scientes templum Dei violare, & Spiritum sanctum contristare non formidaverint. Et divinam clementiam decet, ne ita nobis absque ulla satisfactione peccata dimittantur, ut occasione accepta peccata leviora putantes, velut iniuri & contumeliosi Spiritui sancto, in graviori labamar, thesaurizantes nobis iram in die ire.

193. Conveniens est quòd homo quantum commode fieri potest, satisfaceret Deo pro peccatis.

194. Christus satisfecit pro peccatis nostris.

E e e 2 Noluit

attamen
noluit suas
satisfactio-
nes appli-
care per
hoc Sacra-
mentum ad
remissio-
nem omnis
pœnæ, ut
patet ex
titu Ecclē-
sæ.

195.
Objectio
foliunt,

Tanta po-
test esse
Contritio,
ut deleat
omnem pœ-
niam,

196.
Alia obje-
ctio.

Responsio.

Contritio
non delet
pœnam ex
natura rei,
neque de
condigno
meretur il-
lam remis-
sionem.

197.

Deus po-
tuit
quamlibet
acceptare ad
remissio-

Noluit autem Christus per Sacramentum Penitentia applicare suas satisfactiones, alioquin sufficientes, ad remissionem omnis pœnæ etiam temporalis, ut constat ex antiquissimo usu Ecclesie, quæ licet his qui baptizantur, nullam pro peccatis præteritis injungat Pœnitentiam seu Satisfactionem, equidem post Baptismum lapsos, non solet absolvere à peccatis, nisi injunctâ Pœnitentiâ seu satisfactiōne pro pœnis temporalibus.

Nec valet dicere: Christus remittens peccata Paralitico, similiter Mariæ Magdalena, non injunxit Pœnitentiam; ergo nec Ecclesia debet injungere; non valet, inquam, hæc Consequentia; quia Christus non administravit ibi Sacramentum Pœnitentiæ; cum nondum esset institutum; sed potestate Excellentie remisit utrique peccata, & indubiè remittere potuit quoad culpam, & omnem pœnam etiam temporalem, & fortè videbat Mariam Magdalenam non indigere Pœnitentiâ præ magnitudine Contritionis. Tanta quippe potest esse Contritio, ut deleat omnem pœnam, quamvis ordinariè tanta non sit, & ideo regulariter Sacerdos debet injungere Pœnitentiam seu Satisfactionem: si tamen constaret de sufficientia Contritionis; & ipse sine Pœnitentia posset absolvere seu remittere peccata. Interim nunquam revocavit Christus, quod olim dixerat Dominus per Prophetam Ioël c. 2. v. 12. *Convertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu.*

Si rursus objicias: quælibet Contritio charitate perfectâ delet pœnam æternam; ergo etiam omnem pœnam temporalem, quia, qui potest quod majus est, etiam potest quod minus est, saltem quando minus est subordinatum majori, & ejusdem cum ipso rationis.

Respondetur rursus Negan. Consequent. Siquidem hujusmodi Contritio non delet pœnam æternam ex natura rei, neque meretur illam remissionem de condigno, sed tantum de congruo, idque consecutivè dumtaxat, & non directè. Patet, quia non remittit ex natura rei peccatum quoad culpam, neque meretur de condigno remissionem peccati quoad culpam, sed tantum de congruo; peccato autem sublato quoad culpam, necesse est, secundum præsentem Dei ordinationem, quâ non remittitur culpa, absque concessione juris ad vitam æternam, necesse, dico, est, ut auferatur pœna æterna, quæ repugnat vitæ æternæ; ergo etiam auferatur pœna temporalis, negatur Consequentia: & disparitas plana est, quia hæc pœna non repugnat vitæ æternæ.

Et quamvis Deus potuisset acceptare quamlibet Contritionem, sicut ad remissionem culpæ, ita etiam ad remissionem omnis pœnæ, tanquam meritum ejus congruum; attamen acceptasse, nullum indicium est. Nonne etiam

potuisset acceptare ad bona temporalia; divitiis, honores, &c? Et illa bona quis ambigit minora esse remissione peccatorum quoad culpam? Et tamen nemo propterea dicit, Contritionem infallibiliter promereri bona temporalia, ut promeretur remissionem peccatorum quoad culpam. Ergo licet de congruo, etiam directè, promeretur remissionem pœnæ æternæ, non ideo tamen remissionem pœnæ temporalis, cum utraque pendeat à libera voluntate Dei, & constet, Deum punire peccatum, remissum quoad culpam.

Unde quod dicitur Ezech. 18. v. 21. & 22. *Si impius egerit Penitentiam &c. vixit & non morietur. Omnium iniquitatum eius quæ operatus est, non recordabor, intellige ad mortem; nam sequitur: In iustitia sua, quam operatus est, vivet.* Jam autem pœnæ temporales non sunt mors; de qua ibi loquitur Dominus per Prophetam; sed perfectè constituat cum vita gratiæ & gloriæ.

Eodem modo accipiendum, quod ait Apostolus Rom. 8. v. 1. *Nilil ergo nunc damnationis est vobis, qui sunt in Christo Iesu, id est, nihil quod est impossibile cum vita æterna.*

Non tango hic, plus esse remittere durationem, & substantiam rei seu pœnarum, quam solam durationem; ergo minus est remittere pœnam æternam, quàm pœnam æternam & temporalem simul: quia remittere pœnam æternam, idem est quod remittere æternitatem pœnæ seu æternam durationem; remittere autem pœnam æternam & temporalem simul, est remittere ipsam substantiam rei seu pœnæ; ergo non bene sequitur, Contritio delet pœnam æternam, id est, æternam durationem pœnæ; ergo etiam delet omnem pœnam temporalem; id est, etiam delet substantiam pœnæ æternæ, quia non bene sequitur; qui potest minus, potest etiam quod majus est.

Instas: saltem augmentum gratiæ & gloriæ, majus bonum est, quàm remissio pœnarum temporalium; sed Contritio hominis iusti, meretur de condigno augmentum gratiæ & gloriæ; ergo etiam remissionem pœnarum temporalium.

Respondeo Neg. Conseq. quia, in sententia Scoti, meritum condignum completur acceptatione divinâ; constat autem Deum acceptasse Contritionem hominis iusti, & aliud quodlibet opus bonum in Deo factum, ad præmium gratiæ & gloriæ, secus ad præmium remissionis pœnarum temporalium. Quare sic acceptaverit, stat pro ratione à priori ejus voluntas, quæ non potest esse injusta, aut irrationalis.

Rationem congruentiæ assignat Trident. sess. 14. c. 8. ibi: *Procul dubio magno opere à peccato revocant, & quasi freno quodam cœcæ illius satisfactoria pœna, cautiores, & vigilantiores in futurum penitentes efficiunt; medentur quoque peccatorum*

peccatorum reliquis, & vitiosos habitus, male vivendo comparatos, contrarius virtutum adionibus tollant.

Et verò quod dixi de condignitate meriti, idem dico de condignitate satisfactionis, nimirum condignam Satisfactionem compleri acceptatione divinâ; adeoque Contritionem hominis iusti non esse condignam Satisfactionem pro omni pœna temporalis, nisi ostendatur, ubi Deus illam pro tali acceptaverit. Cùm ergo nimis manifestum sit, non acceptasse pro omni pœna, quamvis bene pro aliqua parte, sequitur non esse Satisfactionem condignam nisi pro ista parte.

Ex hæcenus dictis facile quis Theologus intelliget, quid sit, Sacramentum Pœnitentiæ, seu Deum per gratiam Sacramenti Pœnitentiæ, commutare pœnam æternam in temporalem. Profectò nihil aliud est, quàm Deum remittere æternitatem, seu durationem æternam pœnæ sensus, retentâ ejus substantiâ, in qua commutatione nullum omnino cernitur inconveniens; qui enim pro peccato præterito poterat punire in æternum, etiam iustissime eandem pœnam quoad substantiam, potest infligere pro certo aliquo tempore majori vel minori, ut sibi videbitur expedire.

Atque ut pœna temporalis, v. g. Purgatorii, alterius foret substantiæ; equidem certum est, quòd inferioris rationis; adeoque qui promeruit pœnam æternam, conquirit nullatenus posse, si cogeretur sustinere pœnam temporalem, tamen quoad substantiam diversam. Nonne si reo læsæ Majestatis pro pœna capitis, quam promeruit, decernatur flagellatio, justam habet rationem querelæ? Patet quòd non, sed gratias agere debet judici pro beneficio collato.

Porò veluti nullum est inconveniens, quòd Princeps supremus pœnam capitis à Lege statutam, propter extraordinariam causam commutet hic & nunc in pœnam flagellationis, sic nullum video incommodum in eo, quòd Deus ab æterno statuisset peccatum, v. g. fornicationis, punire pœnâ æternâ, si homo non pœniteat sufficienter ad remissionem culpæ, sin verò taliter pœniteat; punire pœnâ temporali Purgatorii; estò enim per remissionem peccati quoad culpam, destruat essentia peccati, & aboleatur ejus malitiâ, adhuc tamen potest manere, de potentia absoluta, tota dignitas ad pœnam, id est, reatus pœnæ æternæ; quidni de facto possit manere dignitas ad pœnam temporalem, seu reatus pœnæ temporalis, absque eo, quòd resulteret nova alia malitiâ seu culpa?

Nonne in exemplo supra posito, quando reo læsæ Majestatis remittitur crimen, & pœna capitis, mutatur in pœnam flagellationis, nova debet resultare malitiâ minor? Non puto; sufficit quippe malitiam dignam tali pœnâ præexistisse. Ergo similiter in nostro

casu, ut maneat dignitas ad pœnam temporalem, sufficit, quòd præcesserit malitiâ, sive culpa, digna tali pœnâ.

Unde non valet argumentum Aliquorum: Cessante causâ, cessat effectus; sed peccatum est causâ punitionis: ergo eò ablato, cessat dignitas pœnæ. Respondetur enim causam punitionis hic non esse peccatum præsens, sed merè præteritum.

Cæterùm, si à me queritur, an per Sacramentum Pœnitentiæ, si non tota pœna temporalis, saltem aliqua ejus pars remittatur; Respondeo:

CONCLUSIO VI.

In Sacramento semper dimittitur pars aliqua pœnæ temporalis, major vel minor secundum dispositionem pœnitentis.

Hanc Conclusionem colligo ex Concilio Tridentino sess. 6. c. 14. ibi: Non quidem pro pœna æternâ, quæ vel Sacramento, vel Sacramento voto unâ cum culpâ remittitur; sed pro pœna temporali, quæ, ut sacre Litteræ docent, non tota semper, ut in Baptismo fit, dimittitur illis &c. Si non tota semper dimittitur; quidni semper remittatur aliqua pars?

Scio; hanc collectionem non esse omnino necessariam; nam ad intentum Concilii factis erat, quòd non semper tota pœna remitteretur, ut volebant Hæretici, contra quos agit; quidquid sit de remissione partis pœnæ. Interim videtur tacitè nostram Conclusionem insinuare, dum agens de remissione pœnæ temporalis in Sacramento Pœnitentiæ, ne verbulo quidem contrarium indicat, quòd utique fecisset hæc occasione, si judicasset nihil omnino pœnæ temporalis per hoc Sacramentum remitti.

Saltem liberum relinquit ita opinari de virtute seu efficacia hujus Sacramenti, quod institutum est ad remissionem peccatorum, non tantùm quoad culpam, sed etiam quoad pœnam temporalem, ut patet, dum Satisfactio imposta per Sacerdotem, vi Sacramenti ex opere operato causat remissionem pœnarum temporalium, etiam ex toto, ut suo loco diffusius explicabimus.

Sanè usus universalis Ecclesiæ habet, quòd minores Pœnitentiæ seu Satisfactiones imponantur iis pœnitentibus, qui apparent melius dispositi per Contritionem vel Attritionem internam; idque quia supponit Ecclesiâ, Sacramentum Pœnitentiæ ab initio, dum essentialiter perficitur, remittere partem aliquam pœnæ temporalis, majorem vel minorem

Fff 3 secun-

204. Rejicitur argumentum aliquodum.

205. Colligitur Concil. ex Conc. Trid.

206. & probatur ex usu Ecclesiæ, que imponit minores satisfactiones melius dispositis.

secundum dispositionem penitentis. Equidem nulla est sufficiens ratio, cur potius infusio gratiae fiat secundum propriam cuiusque dispositionem & cooperationem, quam remissio poenae temporalis.

207. Quid de hac re sentierit Doct. Seraphicum.

Allubescit audire Doctorem Seraphicum de hac controversia 4. dist. 18. p. 1. a. 2. q. 2. n. 24 ubi sic ait: Et ideo est tertius modus dicendi magis consonus rationi & fidei pietati, quod Sacerdos aliquam partem poenae absolvendo dimittit ex vi Clavium: & hoc possumus intelligere sic; quia universa via Domini misericordia & veritas, ideo in iustificatione quae est opus misericordiae, misericordia sic remittit culpam, ut iustitia regulam non praetercat. Propterea adhuc detinet obligatum ad poenam, illa autem poena ob rigorem divinae iustitiae est viribus nostris improporcionabilis, & nostrae cogitationi ignota, & pro illa oportet quod satisfaciatur Deo. Providit ergo adhuc nobis viam misericordiae divinae, & constituit arbitrium Sacerdotum, & illi dedit potestatem arbitrandi & taxandi poenam, & manifestandi nobis; & partem poenae remittere ex virtute Passionis Christi, ut divina iustitia pro illa parte solutionem ab ipso non exigat, sed ex Passionis Christi poena sit contenta. Quanta sit illa pars nostrum non est determinare, sed Dei. Et tunc Sacramentum Penitentiae non tantum erit onerosum, sed etiam fructuosum. Hanc ergo opinionem sustinendo, concedendum est, quod Sacerdos remittit aliquam partem poenae, sicut ostendunt rationes, non aeterna, sicut ostendunt alia, non purgatoria, sed communiter illius poenae, quae Deus obligat peccatorem post Absolutionem a culpa; & pro illa nunquam punitur in Purgatorio, nec alibi, sed pro illa parte, a qua non absolvit, vel punitur hic sufficienter, vel Dominus exigit in Purgatorio. Haec ille.

Docet vi Clavium remitti aliquam partem poenae temporalis.

Ubi aperte docet, vi Clavium remitti aliquam partem poenae temporalis, praeter illam quae remittitur per poenam taxatam a Sacerdote. Quod repetit in responsione ad 2. 3. & 4. objectionem ibi: Ab aeterna poena nullo modo solvit Sacerdos, a purgatoria absolvit, non per se, sed per accidens: quia cum in penitente virtute Clavium minuitur debitum poenae temporalis, non ita acriter punitur in Purgatorio, sicut si non esset absolutus. Dum ergo in corpore dicit, Sacerdotem non remittere aliquam partem poenae purgatoriae, intelligendus venit de remissione per se.

208. quae remissio non praedicitur divinae iustitiae.

Si obijcitur, quod haec remissio praedicitur divinae iustitiae. Respondet: Sicut in Baptismo per Passionis Christi meritum & solutionem, solvitur peccator a tota poena, ita in Penitentia per eiusdem Passionis Christi virtutem solvitur a parte poenae: ita quod in nullo praedicitur iustitiae, immo verificatur illud Psalmista: Misericordia & Veritas obviaverunt sibi: Misericordia autem supererogando praetium, iustitia satisfaciit.

Est autem aequalis in omnibus secundum comparationem

Quaeris a Doctore Seraphico, an maiorem partem remittat ei, qui magis debet? Respondet continuò: Dicendum, quod misericordia non considerat meritum, sed miseriam, & ideo divina

misericordia quae subvenit hic miseris, non considerat merito in eis meritum, sed demeritum, subvenit per meritum Christi, & remittit partem aequalem omnibus, non, inquam, secundum absolutam comparationem, sed proportionalem, ut si illi qui debet centum, remittit decem, & ei qui debet decem, remittit unum.

Sed hoc (salva ejus reverentia) videtur libera conjectura. An forte dicemus illi qui debet centum, infundere gratiam ut decem, & deinde ei qui debet decem, gratiam ut unum?

Docet Concilium Trident. sess. 6. cap. 7. unumquemque recipere gratiam, non secundum debitum culpae, sed, secundum mensuram, quam Spiritus sanctus partitur singulis prout vult, & secundum propriam cuiusque dispositionem & cooperationem.

Quidni idem dicamus de remissione poenae temporalis, videlicet unicuique remitti poenam temporalem in Sacramento Penitentiae, non secundum debitum poenae, sed secundum mensuram, quam Spiritus sanctus vult, & secundum propriam cuiusque dispositionem & cooperationem? Quam autem mensuram Spiritus sanctus velit, quis consiliarius ejus fuit, ut edisserat nobis? Res plane incerta est, & abscondita a cordibus filiorum Adam, ut de propitiato peccato non sint sine metu, neque spe facilioris veniae adjiciant peccatum super peccatum.

Si inferas: ergo fieri poterit, ut Sacramento Penitentiae ab initio, dum essentialiter perficitur, dimittat totam poenam temporalem, quemadmodum in Baptismo dimittitur.

Respon. concedendo totum. Neque hoc improbat Tridentinum; sed potius insinuat sess. 6. c. 14. verbis supra in principio conclusionis recitatis, Non tota semper, ut in Baptismo fit, dimittitur illis &c. Non dicit, nunquam dimittitur, sed, non semper. Quidni ergo aliquando dimittatur.

Fatetur D. Bonaventura supra n. 24. in tantum posse conteri peccatorem, quod Deus totum remittat. Sic inquit Doct. Seraphicus: Est secundus modus dicendi, quod Sacerdos absolvit non tantum ab hoc vinculo (intelligit obligationem confitendi) sed etiam a poena purgatoria, ligando ad poenam satisfactionem, sed non solvit aliquam partem poenae relaxando, sed solum commutando, & hoc sub conditione, si explet satisfactionem inimicam. Sed si illa Satisfactio sit condigna, absolvit a tota, si non, absolvit a tanta; & ideo si peccator moriatur ante complementum Satisfactionis condigna, non oportet eum puniri in Purgatorio. Sed nec istud sufficit adhuc, quia iste peccator post Absolutionem divinam non ligatur ad poenam purgatoriam magis quam ad aliam: & hoc patet, quia tantum potest conteri (id est, adeo vehemens, acris & incensa potest esse Contritio in Sacramento Penitentiae) quod Deus totum remittit (ab initio, dum essentialiter perficitur).

perfectur Sacramento) & statim evolabit; ergo non oportet quod illam commutet. Interim, quia pauci admodum peccatores ad hunc gradum Contritionis perveniunt, neque facile exterius cognoscitur illa vehementia, acrimonia, & incensio, ideo communiter oportet pœnam purgatoriam commutare.

Cur autem sufficiat quælibet Contritio, potius ad remissionem omnis culpæ, quàm omnis pœnæ: ratio est; quia in ordine ad remissionem culpæ, principaliter attenditur bonitas & supernaturalis honestas illius actûs, quæ licet intensivè major sit in una Contritione quàm in alia; essentialiter tamen in omnibus eadem, & remissio culpæ mortalis indivisibilis est, secundum præsentem Dei ordinationem, ut patet ex dictis disp. præced. sect. 5. concl. 5. At verò in ordine ad satisfaciendum pro pœna temporali, principaliter consideratur Contritio secundum pœnalitatem & afflictionem peccatoris; hæc autem pœnalitas ordinatæ non est tanta, quanta necessaria est ad satisfaciendum secundum æquitatem justitiæ pro tota pœna temporali, & remissio pœnæ divisibilis est, ut omnes fatentur.

Restat difficultas, quomodo Contritio peccatoris, vel se solâ, vel in Sacramento, aliquam partem pœnæ temporalis, aut quandoque totam delet, an prout naturâ præcedit infusionem gratiæ, an verò prout coexistit gratiæ iam infusæ. Posteriorem modum eligit Suarius disp. 16. de Pœnit. sect. 3. n. 19.

Sed contrâ arguit Lugo de Pœnitentiâ disp. 8. n. 56. quia sic difficile intelligitur, quomodo Deus taxaverit certam aliquam pœnam temporalem singulis peccatis mortalibus remissis, ut ibi supponit Suarius, cum nunquam illam infligat, sed semper minuat ratione Contritionis.

Respondet Arriaga disp. 19. n. 12. verum quidem esse, nunquam eam totam pœnam infligendam; non tamen ideo inutilem esse eam taxationem; deservit enim ad hoc, ut Deus possit scire, quæ pœna maneat hominem post justificationem luenda in Purgatorio. Si enim decrevit Deus aliquid remittere ratione Contritionis, & quidem plûs minusve, juxta ipsius Contritionis majorem, aut minorem intentionem, necessum omnino fuit, Deum scire, quanta esset ea summa, ex qua debebat demere, ut sic sciret, an ablata pœnâ æternâ, solvenda foret pœna duorum v. g. dierum ob furtum centum florenorum: ergo cum ratione Contritionis deleantur tres horæ, manebunt duo dies absque tribus horis. Hæc ille pro Suario.

Addit n. 14. secundum principia Suarii dari casum, in quo tota pœna taxata maneat, quando scilicet per Attritionem, non existentem, dum datur gratia, remittitur peccatum. Non enim agnoscit Suarez ullam Satisfactionem

pro pœna temporali congruam tantum, id est, sine statu gratiæ, secus meritum congruum gratiæ; nam pro hoc habemus fundamentum in Concilijs & Patribus, pro illa minime.

Quo principio posito facile solvuntur duæ aliæ objectiones Lugonis. Prima; quod Contritio perfectior, etiam antequam dignificetur per gratiam, exigit deletionem majorem illius pœnæ temporalis. Secunda, quod non bene dicitur, Contritionem dignificari ad Satisfactionem, per gratiam, datam propter ipsam.

Ad primam respondetur; Contritionem antequam dignificetur per gratiam, nullam omnino exigere deletionem pœnæ temporalis; sed planè Deo liberum esse, eam acceptare pro solutione pœnæ debitæ, vel eam respicere; quod autem acceptaverit eam, sicut acceptavit ad infusionem gratiæ, non constat.

Ad secundam patet quid sit respondendum; nimirum, illam gratiam omnino necessariam esse, ut Contritio sit digna remissione pœnæ temporalis, vel potius ut habeat effectum remissionis pœnæ temporalis; secus ut habeat effectum infusionis gratiæ sanctificantis; & ideo per illam gratiam non dignificatur ad alium effectum gratiæ; quia jam supponitur totum suum effectum habere; secus ad effectum remissionis pœnæ, quem, secundum Suarium, non potest habere, vel saltem non habet, nisi dignificata. Hæc summatim ex Arriaga; quamquam & ipse sententiæ Suarii non adhareat.

Si autem quæritur, quid ego sentiam, dicam breviter. In primis, constat Deum aliquando remittere totam pœnam temporalem absque condigna Satisfactione, puta per Sacramentum Baptismi cum sola Attritione.

Secundò, Satisfactio Sacramentalis, impleta in malo statu, putatur à Scoto, causare ex opere operato remissionem pœnæ, vel totius, si est proportionata, vel partis secundum ejus æquivalentiam. Unde non video, quomodo possim negare hunc effectum Contritioni in Sacramento, vel extra Sacramentum, etiam ut naturâ præcedit infusionem gratiæ. Similiter Sacramento Pœnitentiæ cum sola Attritione, sive adhuc physicè existat Attritio, sive solum moraliter, quando gratia infunditur.

Qualiter autem hoc fiat, respondit Herincx disp. 4. de Justif. secundum se n. 44. Deum unicâ remissione mutare pœnam æternam in temporalem inæqualem; juxta inæqualitatem Contritionis, ad quam quidem pœnæ temporalis diversitatem, eodem modo disponat Contritionis diversitas, sicut generaliter ad remissionem pœnæ æternæ, disponit substantia Contritionis peccatoris justificandi. Similiter dum justificatur homo per Sacramentum, sicut dispositivè per Pœnitentiâ, & moraliter

215. Dux objectiones Lugonis.

Responsio ad primam.

Responsio ad secundam.

216. Sententiâ Autoris.

217. Deus unicâ remissione mutat pœnam æternam in temporalem inæqualem; juxta inæqualitatem Contritionis, ad quam quidem pœnæ temporalis diversitatem, eodem modo disponat Contritionis diversitas, sicut generaliter ad remissionem pœnæ æternæ, disponit substantia Contritionis peccatoris justificandi. Similiter dum justificatur homo per Sacramentum, sicut dispositivè per Pœnitentiâ, & moraliter

conside. riam pro...
vni per...
em om...
mpara...
ut cen...
memittit
riderur
illi qui...
em, &...
concord
cap. 7. om. 7...
secun...
usuram...
ut vult...
& ca...
pœnæ...
ti pœ...
tentiâ...
undum
, & le...
nem de...
uluram...
us ejus...
erta est...
lam, ut...
tu, ne...
ccatum
ramen...
ocialiter...
mpora...
ctur.
que hoc...
infinitat...
io con...
it in Be...
e, nun...
ni ergo
24. in...
ad Deu...
eraphi...
rdos ab...
it obli...
u purg...
sed non...
ad solam...
et Satis...
st con...
na; &
in Satis...
in Pur...
iste pec...
ad pa...
& hoc...
aded...
Con...
d Deus...
aliter...
perfi-

liter efficienter per Sacramentum tollitur reatus pœnæ æternæ; sic juxta inæqualem Sacramenti virtutem, & dispositionis disparitatem, videtur pœna æterna à Deo commutari in dispari temporalem. Hucusque Herinx satis plausibiliter in re incerta.

218. **Objectio.** Si dixeris; non placet hæc doctrina; quia negat certam pœnam temporalem, quæ tamen videtur omnino necessaria, ut postea sciat Deus, quantum restet cuiuslibet solvendum, si tali vel tali pœnalitate satisfaciatur.

Solvitur 1. Respondeo; non negat certam pœnam, magis quàm communis doctrina, quæ affirmat, gratiam infundi juxta dispositionem subiecti, neget certam gratiam: neque determinatio pœnæ magis est necessaria, ut Deus sciat, quantum restet cuiuslibet solvendum, si tali vel tali pœnalitate satisfaciatur, quàm determinatio gratiæ est necessaria, ut Deus sciat, quantum cuiuslibet debeat dare, si tali vel tali dispositione suscipiat Sacramentum: sed sicut unico actu determinavit infundere gratiam inæqualem, secundum inæqualem dispositionem subiecti, aut dispari virtutem Sacramenti; ita quoque unico actu determinavit remittere pœnam inæqualem, juxta inæqualitatem dispositionis, aut dispari virtutem Sacramenti.

219. **Solvitur 2.** Aliter dici posset; Deum per regulam generalem determinasse pœnam temporalem certam pro quolibet peccato, postquam est remissa æterna, quæ indubiè maneret, si pœ-

na æterna remitteretur merè extrinsecè, aut per solam gratiam liberaliter infusam. Attamen quia de facto semper remittitur vel per Contritionem charitate perfectam, vel per Sacramentum; hinc semper diminutio istius pœnæ per aliud decretum, diminutio, inquam, major vel minor, secundum inæqualitatem Contritionis, aut Sacramenti.

Ex quo apparet nullatenus implicare, quòd pœna æterna commutetur per primum decretum in pœnam decennii v. g. & tamen eodem instanti remittatur pœna unius anni per secundum decretum ratione Contritionis, Sacramenti, aut etiam Indulgentiæ.

De cætero certum esse debet, debitum pœnæ æternæ nunquam commutari in pœnam temporalem ita diuturnam & gravem, quin posset commutari in aliam gravioiorem, ut proinde hæc consideratio nunquam remittatur pœna æterna, quin simul remittatur aliquid de pœna temporali, in quam alioquin commutari potuisset.

Atque hæc sufficiant de re; ex se satis dubia, cum dependeat à libera voluntate Dei, de qua nihil ferè certi ex Scripturâ, Conciliis, aut Patribus possumus deducere, sed in multis per modum conjecturæ nobis discurrendum est. Transeamus itaque ad alias res, magis certas, materiam dico; & formam Sacramenti Pœnitentiæ. Pro materia instituitur

SECTIO SECUNDA

De Materia Sacramenti Pœnitentiæ.

1. **Omnia Sacramenta novæ Legis rebus tantquam materiam, & verbis tantquam formam perficiuntur.**

Materia duplex, proxima & remota.

Conc. Florent.

Omnia Sacramenta novæ Legis rebus tantquam materiam, & verbis tantquam formam perfici, docet Concilium Florentinum in Decreto Eugenii ibi: *Hæc omnia Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tantquam materiam, verbis tantquam formam, & personam ministrum, conferentis Sacramentum cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia.* Duplex autem est materia, proxima videlicet, & remota, ut patet in Baptismo, cujus materia proxima est lotio seu ablutio, remota, aqua naturalis. Videamus si etiam Sacramenti Pœnitentiæ duplex sit materia.

Concilium Florent. suprâ sic inquit: *Quartum Sacramentum est Pœnitentia, cuius quasi materia sunt actus Pœnitentis, qui in tres distinguuntur partes. Quarum prima est cordis Contritio, ad quam pertinet, ut doleat de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero. Secunda est oris Con-*

fessio, ad quam pertinet, ut peccator omnia peccata quorum memoriam habet, suo Sacerdoti confiteatur integraliter. Tertia, Satisfactio pro peccato secundum arbitrium Sacerdotis: qua quidem præcipitur per orationem, ieiunium, & elemosinam.

Idem statuit Concilium Trident. sess. 14. c. 3. ibi: *Sunt autem quasi materia huius Sacramenti ipsius pœnitentis actus, nempe Contritio, Confessio, & Satisfactio. Qui quatenus in pœnitente ad integritatem sacramenti, ad plenam, & perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur, hæc ratione Pœnitentiæ partes dicuntur.*

Igitur quasi materia proxima Sacramenti Pœnitentiæ Contritio, Confessio, & Satisfactio: materia autem remota, peccata; ut pote circa quæ versantur prædicti actus pœnitentis; nam, ut liquido constat ex verbis Florentini, Contritio Sacramentalis est dolor de peccato, Confessio est accusatio peccati, Satisfactio ejusdem vindicta. Accedat Absolutio